

CANCELL.*
MARTIS B**.
1718.*

00 - Ta

~~Druckerei~~
~~XXVIII. 9. a~~

2. D. B. V.

DE

INJUSTITIA ACTIONUM INJURIARUM,

Von

Mngerechtigkeit der Injurien Processe/

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

FRIDERICO WILHELMO,
CORONÆ BORUSSICÆ ET ELECTORATUS BRAN.
DENBURGICI HÆREDE &c. &c.

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
DISPUTATIONEM

PRAE SIDE

JUSTO HENNINGO *Böhmer/*
J. U. Licentiato,

D. V. Mart. MDCCI.

IN AUDITORIO MAJORI
publico Eruditorum Examini submittit

GILLIS *Rodenborg/* Hamburgens.

Litteris, CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

25



SERIES CAPITUM.

- Cap. I. De Causis erroris communis, actiones injuriarum
salva conscientia institui posse. pag. 1.
- Cap. II. De Conceptu justitiae genuinio. pag. 16.
- Cap. III. De Indole remediorum vindicantium injurias.
pag. 25.
- Cap. IV. De Actionibus injuriarum indoli Christianismi
adversantibus. pag. 42.
- Cap. V. De Actionibus injuriarum repugnantibus praxi
primitivæ Ecclesiæ. pag. 63.
- Cap. VI. De Actionibus injuriarum adversantibus directo
scripturæ sacrae. pag. 70.
- Cap. VII. De Actionibus injuriarum vera Philosophiaæ ad-
versantibus. pag. 81.
- Cap. VIII. De Actionibus injuriarum repugnantibus Eth-
nicorum traditis & exemplis. pag. 89.
- Cap. IX. De Actionibus injuriarum regulis prudentiæ ad-
versantibus. pag. 97.
- Cap. X. De officio boni judicis circa actiones injuriarum
institutas, pag. 103.
- Cap. XI. De Tollendis vel restringendis actionibus inju-
riarum. pag. 109.

VIRIS
MAGNIFICIS, N OBILISSIMIS, AMPLIS-
SIMIS ET CONSULTISSIMIS

INCLYTÆ REIPUBLICÆ
HAMBURGENSIS

DNN. DNN.

CONSULIBUS

SYNDICIS,

SENATORIBUS,

PRÆTORIBUS

&

SECRETARIIS,

DOMINIS ET PATRONIS SUIS
omni obsequii cultu devenerandis,
cum voto
prosperrimi rerum successus
in salutem patriæ ac incrementum
specimen hoc Academicum
in
submissam studiorum commendationem
offert.

CONSUENCIÆ
SINDICATI
SINTICIDII
PRAETORIÆ
SECRETARIÆ
GILLIS Rodenborg.

SAMUEL STRYKIUS, JC.

NOBILISSIMIS DNN. DISPUTATURIS

SAL.



Gregiam suscepistis operam
in thermate hoc enucleando,
& ad justitiæ normam revo-
cando, cuius perversa praxis
ita ubivis invaluit, ut regu-
las etiam ab ipso Salvatore
præscriptas, moribus Christianorum plero-
rumque exolevisse certum sit. Privatam in-
telligo vindictam, adeo severe in sacris lite-
ris interdictam, ut ipsius Summi Numinis
jus involare videatur, qui vindictam quærerit,
utpote quam Deus sibi soli asseruit, & ejus
executionem commisit illi, qui vicaria ejus
potestate in terris gaudet. Hanc vero hodie
plerique ex Christianis, vel leviter etiam of-
fensi, tanto rigore sibi adscribunt, ut jurare
quoque salva conscientia posse credant, se-
malle tot millia thalerorum amittere, quam

a 3

inju-

injuriam hanc inultam sincere; cum tamen si
pauci saltem thaleri ad promovendum Dei
cultum, aut orphanorum sustentationem
impendendi sint, potius amorem Dei, pau-
perisq; proximi deponere malint, quam tan-
tillum in pios hos usus impendere. Interim
proborum Christianorum coetu, imo sacræ
Synaxeos usu non arcentur isti vindictæ
cupidi, sed gliscentibus licet odiis, proces-
ibusque ad vindictam tendentibus acerrime
continuatis, a peccatis absolvuntur. Quod
si tandem a probo Ecclesiæ ministro, cui ve-
nalis non est absolutio, repellantur, & ad
monitum Salvatoris jubeantur, ut primo cū
fratre offenso in gratiam redeant, mox que-
relas movent, & vindictam a Confessiona-
rio etiam expetunt, quod ad sacrum amo-
ris epulum admittere noluerit hominem, o-
dio vindictaq; in fratrem cupiditate flagran-
tem. Evidem non ignoro, jurium reme-
dia omnibus patere, & odium personæ ab o-
dio

dio catus separandum esse: sed cuique sua testis e-
rit conscientia, annon hæc distinctio quoad injuri-
arum processus in lingua tantum, minime autem
in animo fundata sit. Qui vindictam petit, quod in
actione injuriarum fieri testatur jus nostrum, vindic-
tem habeat animum necesse est; aut si hunc non
habet, vindictam non desiderabit. Si dixeris: Legi-
timam intendit vindictam. At vero hæc a te non
petenda vel urgenda, multominus jurejurando ta-
xanda & æstimanda, sed magistratui, cui gladium
commisit Deus, hoc relinquendum, ut puniat son-
tes, & defendat insontes. Sane Majores nostros in
Germania famæ prodigos fuisse, haud quisquam as-
seruerit; hos vero læsam existimationem pecunia
æstimasse, & in hanc condemnari injuriantem pe-
tuisse, ne minimo quidem vestigio doceri poterit.
Saxonum placita, quæ in Germania inferiori pro lege
observata antequam innotesceret Jus Romanum, æ-
stimandi hanc injuriæ licentiam nunquam indu-
serunt; cujus nec indicium in Jure Lubecensi appa-
ret, nec antiquiores Caroli Magni Leges aliud reme-
dium concesserunt, quam ut magistratus pro gra-
vitate admissi animadverteret in conviantes. Post-
quam vero jus Romanum in Germania receptum,
remedia ab Ethnicis Ictis excogitata ad vindican-
dam injuriam proris ulnis arrepta, imo moribus
iudiciorum aucta; regulæ vero a Salvatore nobis
præscriptæ penitus neglectæ. Imo perversissima

hæc

hæc praxis adeo justitiæ pallio superbit, ut nihil deliquii subesse credant in hoc vindicandi injurias studio. Cum enim Legibus suppeditatum hoc remedium videant, conscientiam satis securam esse censem, quicquid etiam contra sentiat Christus cum suis Apostolis: Quasi vero omne, quod Leges permittunt, mox iustum esset, & Christianum hominem à peccato absolveret; Certe Legibus præcepta & permissa toto cœlo differre norunt, qui nec veteri testamento indulta, novo foedere probata esse in comperto habent. Iniquitatem hujus negotii ante plures quam triginta annos demonstravi, quod vero vos plena manu horum processuum iustitiam in præsenti egregie demonstraveritis, mihi lectu gratissimum fuit, præsertim cum Reipublicæ Christianæ detectionem hujus iustitiae summopere necessariam esse censeam, quo tandem ab Ethnicorum traditis ad Christi regulas revocentur. Gratalior Vobis de opera hac erudite exantlata, & si hujus rei gratiam ab improbis rerum æstimatoribus non referetis, haut deerunt tamen alii veritate convicti, aut pudore conscientiæ suffusi, qui vobis calulum adjecturi. Deus vero O. M. vobis porro adgit gratia sua, ut quod fecistis hactenus, Jurisprudentiam ita porro excolatis, quo Deo quod Dei est, Cæsari, quod Cæsaris relinquatis: Vos ipsi vero amorem Deo, Cæsari & proximo exhibeat. Bene valete. Dabam in Alma Frideric. d. xix. Febr. MDCCI.



I. N. 7.
C A P U T I.

De Causis erroris communis, actiones injuriarum salva conscientia institui posse.

C O N S P E C T U S.

- Judicia iniquissimorum Censo-
rum recensentur. §. 1.
Commune prejudicium, nevos
jurisprudentiae esse dissimu-
landos. §. 2.
Diuturnitate temporum injustū
non redditur iussum. §. 3.
Qui nevos indicat, non recte di-
citur osor artis esse. §. 4.
Doctor qua talis etiam de legi-
bus judicat, ubi simul de Ju-
risprudentiae officio. §. 5.
Doctoris & judicium diversum
circa leges officium. §. 6.
Ziegleri judicium adducitur de
epicrisi Doctorum circa leges.
§. 7.
Applicatio fit ad presentem di-
putationem. §. 8.
- Usus hujus doctrine 1) an a S.
Synaxi vindicantes injuriam
repelli possint. §. 9.
2) Usus est in consulendo. §. 10.
Transitus ad thema hujus capi-
tis de causis communis preju-
dicii actiones injuriarum es-
se licitas. §. 11.
Causa 1) consistit in persuasione
de singulari pietate Juris Ro-
mani. §. 12.
2) Quod omne id salva con-
scientia fieri possit, quod le-
gibus sit permittentibus §. 13.
3) Quod plerique desituantur
cognitione sui ipsius §. 14.
4) Quod in plerisque sinceritas
desiderari debeat §. 15.
5) Prejudicium autoritatis quod
difficiliter

A

CAP. I. DE CAUSIS ERR. COMMUNIS

- difficulter a traditis Docto-
rum communibus recedamus
§. 16.
- 6) Quod Aristoteles ab hac sen-
tentia communi non fuerit a-
lienus §. 17.
- Eius sententia, quod servile sit
tolerare injurias ibid.
- Mansuetudo juxta Arist. admit-
tit etiam vindictam ibid.
- 7) Quod magnanimitas sit or-
namentum virtutum & to-
lerantie & Humilitati ad-
versa secundum Aristot. §. 18.
- Patientia & Humilitas Christi-
ana Ebniticis contemibilis
visa §. 19.
- 8) Crudele esse famam suam ne-
gligere §. 20.
- Descriptio famae & infamiae ex
Pseudo-sapientia traditis ib.
- 9) Distinguendum esse inter ho-
norem externum, & inter-
num, & quod externus per
calumnias ledatar §. 21.
- 10) Communis vulgi persuasio,
infamem fieri, qui injurias
non vindicat §. 22.
- 11) Ctos etiam, banc movere qua-
stionem ibid.
- 11) Contorta explicatio dicatorum
Scripturae quoad banc ma-
- teriam. §. 23.
- 12) quod distinguant inter to re-
mittere rancorem animi &
to jus suum persequi §. 24.
- Aristotelis consensus hic mul-
tum iuruat; ibid.
- 13) Argumentum deductum a li-
centia bellandi §. 25.
- Commune prejudicium, belli &
judiciorum eandem esse rati-
onem ibid.
- 14) Quod Vindicta publica in a-
ctione injuriarum continua-
tur, hac vero licita sit. §. 26.
- 15) Quod per actiones injuria-
rum defendantur fama, non
vindicetur §. 27.
- 16) Quod retroso injuriarum sit
licita, ergo multo magis a-
ctiones injuriarum §. 28.
- 17) Quod concurrat simul inter-
esse privatum, ne hoc reme-
dia habeantur pro illicitis. §.
29. Cur tam frequentia hac
remedia sint declaratur ibid.
- 18) Quod Christianismus non tol-
lat jus questum & Politiam
§. 30.
- 19) Quod inter sit Reipubl. ne de-
lictu maneant impunita. ib.
- 20) Quod sub Constantino M. in
florentissimo Ecclesiæ statu ap-
probata

ACT. INJUR. INSTITUI POSSE.

probata hec remedia fuerint vam, probatur testimonio ill.
ibid. Dn. Strykii. §. 33. non ins.
Huberi sententia de injuritia. Aliorum JCtorum sententia re-
actionis injuriarum. §. 31. censentur. §. 34. ob
Sententia Bachovii. §. 32. Sententia Fabri. §. 35. eibor
Sententiam hanc de injuritia Remissive ad Theologorum con-
barum actionum non esse no- sensum provocatur. §. 36.

§. I.

Injustiam actionum injuriarum hac disputatio-
ne excusuro plura obitare videbantur quæ hoc
institutum cohiberent. Statim enim in limine
censores iniquissimos catervatim prævideo, qui il-
lud vulgatum objicent, me eo ipso singularem.
captare justitiam diversam ab illis virtutibus, quas tamen ha-
ctenus constanti doctrina receptas nemo diffiteri posset, &
quibuscum actio injuriarum optime consisteret. Juris Ci-
vili placita a tot seculis generaliter, etiam ab ipsis Theolo-
gis esse approbata tanquam pia (a) iusta honesta & maxime
Christianæ, contra osores corundem semper despectui habi-
tos fuisse.

§. 2. Quin gravius iudicium adhuc sustinendum mihi du-
cebam, præsertim cum haec tenus juri operam dederim, & sic
ex communi præjudicio defectus Jurisprudentiæ nostra ma-
gis disimulare, quam propalare, debuerim, Accedebat, quod
jurium cultores veram & non simulatam philosophiam affe-
ctare dicerentur teste ipso JCto in l. 1. §. 1. ff. de J. & J. ut
hinc eo minus Jurisprudentiæ Romanæ scitis imputari pos-
set. (b)

§. 3. Sed hos præjudicii autoritatis & præcipitantiae in-
faustos partus suis auctoribus relinquimus. Breviter solummodo

A. 2

hisce

(a) adhuc præjudicium respondetur e. e. (b) responsio habetur e. 2. §. 18.

4 CAP. I. DE CAUSIS ERR. COMMUNIS

hisce juris Civilis adulatoribus repono, doctrinam constan-
tem non facere injustum justum, & improbos mores nulla-
diuturnitate confirmari temporum. Nec semper osores de
facto despectui habitos, esse culpados. Plures, Dei gratia,
hodie Mysterii iniquitatis osores sunt, & quidem despectui,
habentur ab illis scilicet, qui id ipsum adorant; at quis di-
ceret propter tales contemptores mysterium iniquitatis esse
adorandum.

§. 4. Et sane haud recte prædicatur odium de tali, qui
ut nævios & defectus defendat, non potest adduci. Commu-
nismus fuit omnium fere seculorum persuasio, ex quo eri-
am natum videtur πολυτρύπητον illud: ars non habet oso-
rem nisi ignorantem. Scilicet ita fert hominis natura deprava-
ta, ut illum, qui eam à vitiis optimis adhortationibus de-
ducere stplet, nobis tanquam hostem idiotam vel ignoran-
tem imo talem concipiamus, qui nobis non bene cupiat. Ho-
mo enim ambitionis illud animal, quatenus cognitione sui
destituitur, difficulter potest adduci, ut credat se tot vitiis &
impuritatibus esse inquinatum, & qui crederet, cum statim
ab ineunte ætate talibus principiis imbuatur, quæ hominem
tanquam animal nobilissimum & præstantissimum ipsi re-
præsentant. Sed ita cœcus cœcum ducit.

§. 5. Non intelligunt Jurisprudentis officium, qui illud
solummodo ad defendenda placita Jurium Romanorum re-
stringunt. Confundunt Judicis & Doctoris officium, qui pu-
tant I^{CT}i esse, non de Legibus sed secundum eas judicare &
sic omnem potestatem de Legibus judicandi rejiciunt. Juris-
prudentia sane latius evagatur & amplissimum campum quaer-
it, non contenta solis legibus Civilibus sed etiam universa-
les, divinas quin & virtutum semina amplectitur, quod Le-
guleis applicari nequit.

§. 6. Cæterum quando de judicio de Legibus quæstio
volvi-

ACT. INJUR. INSTITUI POSSE.

volvitur, non illud queritur; an iudex vel qui loco ejus superponitur propria autoritate possit legem sibi praescriptam negligere vel ut iniquam & injustam rejicere; nam ita recte dicimus: Judicis non esse de Legibus sed secundum eas judicare. Non enim ibi queritur, an haec lex sit justa nec ne? sed an haec lex ad hunc casum applicari possit? Ast docentis potestas latius se extendit; Huic enim incumbit, jura tradere ex principiis genuinis, justitiam Legum declarare & ita in interpretando etiapropter suam addere. Haec vero iudicium de Legibus comprehendit.

§. 7. Optime Ziegler, de origin. Iur. Can. §. 68. ejusmodi jejuniis Censoribus respondet: Doctoris titulus & dignitas hoc a me non exigit, ut quod impium, quod injustum, quod ambitiosum est defendam, neque id a me promissum unquam fuit, sed hoc potius velle me id quod iustum est & pium respondere. Quod effatum non tantum ad iura Canonica, sed etiam Civilia applicat. Addit deinde: Sola ego ex Cathedra, post expositionem eiususque textus, emperiorum meam addere, & de iis qua bona, qua mala sunt, UT DOCTOREM IN HIS REBUS DECECT auditores meos monere.

§. 8. Nemo proinde mihi vitio vertet, quod iustitiam & impietatem actionis injuriarum falsius exponere coner, cum utique illud commune praejudicium, quo plerique fascinati sunt, è medio tollendum existimaverim, licite & salva conscientia omnia illa fieri posse, quæ ut fiant, iura Romana permittunt. Et sane in hunc gaudeo, quod plures posteri allegandos deprehenderim Doctores, qui eandem mecum aperte improbarunt.

§. 9. Neque etiam haec doctrina usu suo destituitur, præsertim cum in ipsis Consistoriis pii Theologi hic non raro controversias patiantur, a confessione & S. Synaxi repellentes eos, qui in vindicandis iuriis sat fortes & strenui sunt.

A 3 Et cum



6 CAP. I. DE CAUSIS ERR. COMMUNIS

Et cum Consistoria non ex solis Theologis sed etiam JCtis con-
fident, merito etiam hic incumbit necessitas inquirendi in hanc
doctrinam, ut recte votum suum in hac controversia for-
mare possint.

§. 10. Porro quoque se usus exserit in alio negotio.
Constat, quod Jurisprudentis officium etiam consistat in ca-
vendo, uti erudite passim hoc inculcat Dn. Schilter. in *Prax. Iur. Rom.* vid. Ex. I. tb. 3. seq & Illust. Dn. Stryk. intr. de *Cautel.*
Quomodo vero recte cavere JCtus potest, si non penitus
naturam hujus actionis inspexerit, & incommoda, & vitia ut
& imprudentiam hujus actionis ob oculos habuerit? Quod
ipsum cap. penult. plenius excutiemus, ubi & alii usus hujus
doctrinæ sese exserent,

§. 11. Liceat ergo scapham scapham dicere. Sed ante-
quam id fiat, inquirendum paulisper in fontem ipsum com-
munis præjudicij, qui scilicet factum, ut actiones injuriarum
& à Theologis & JCtis ipsi hactenus tam strenue sint defen-
sæ, præsertim à Casuistis, qui casus conscientiae tradiderunt.
Id enim ubi perspectum habebimus, & prætextus à veris
causis separavimus, facili negotio injustitiam ejus indagare
poterimus. Larva prius detrahenda, si larva indutum co-
gnoscere velis.

§. 12. Causæ vero sunt vel communes vel proprieæ. In-
ter communes primum occupat locum communis persuasio
de singulari æquitate juris Romani. Illa vero tanta est, ut fe-
re non amplius queratur, an ubivis æquitas talis deprehen-
datur, quæ salvis principiis Christianismi & salvis virtutibus
veris possit exerceri, sed jam tanquam veritas indubitabilis
supponatur, omnia quam optime regulis veri Christianismi
congruere, & ita salva conscientia omnia in legibus appro-
bata peragi posse, (c) §. 13,

(c) responsum ad hoc præjudicium c. 2. §. 5. seqq. & 18. (d) vid. c. 2. §. 20.

SIN ACT. INJUR. INSTITUI POSSE.

§. 13. Deinde inepta explicatio dicti illius Apostolici Rom. XIII. 1. seq. 1. Petr. II. 13. 14. quod summis potestatibus tanquam Dei ordinationi sit parendum. (d) Ex quo inferunt: omne jus positivum ut obligat conscientiam, ita tranquillam tamque eam præstat etiam permittendo si nihil adversum jus Naturæ faciat. vel ut vir quidam non in celebris ait: cum lege Civili aliquid permittitur & jus conceditur, perinde id valet, & non modo in foro extrinseco sed & in foro animæ permisum situmque est, ac si lege Dei id permisum jusque concessum esset.

§. 14. Porro ad communes causas refero, quod plerique destituantur cognitione sui ipsius, & hac neglecta in cognitionem naturæ humanæ aliorumque hominum, in quo tamen ingens sapientiæ latitat fundamentalium, penetrare non possint. Unde nescio an non ex merito hic applicari posse Modestini Jcti dicterum in 1. fidus, 6. §. 7. ff. de Excus. tutor. Rari sunt qui philosophantur. Plurimi sapientiam crepant, sed tamen propterea non sunt sapientes. Plurimi Philosophiam tractant, minime philosophantes. Qui vero hoc? quoniam sapientia non in speculando, sed agendo consistit, uti recte Jctus cit. 1. concludit & vel ipse Arist. lib. 2. Ethic. c. 5. qq. & 8. fatetur. (e)

§. 15. Inde est, quod pauci sinceritate cordis in enucleanda veritate prædicti sint, sed, ut optime dicit Petrus Poiret in Vera methodo inveniendi verum §. 4. plurimi sui ipsorum scientes deceptores & impostores fiant. (f) Si enim ineptias proprias & malum intrinsecus quilibet penitus scrutaretur, heu quam plures opiniones, quæ hactenus altas radices egerunt, sua sponte corruerent.

§. 16. Accedit approbatio tot summorum virorum, (g) queis calculus communis sapientiam attribuis, at vero solent plerunque ita Dd. (loquor cum Renneman, de jure Retort, advers.)

(e) vid. cap. 7. (f) vid. cap. IV. §. 6. (g) vid. c. 7. §. 32, & 34.

8 CAP. I. DE CAUSIS ERR. COMMUNIS

advers. verb. inj. P. 2. tb. 1. lit. a.) in foro procedere ut peronatis pedibus alii alios sine judicio turmatim sequantur, instar avium, quas regales vocant, quarum unam prævolantem omnes reliquæ comitari solent. Sic narravere patres, si nos narrabimus ipsi. Adstipulatur praxis frequentissima, & inveterata consuetudo, quæ multos sub larva iustitiae decipit. Concurrit denique doctrina eorum, qui casuum conscientiæ farraginem tradiderunt, & tales Regulas extruxerent, secundum quas aliorum conscientias metiri posse opinantur, pro indubio venditantes, homines inter se non differre, specie, sed conscientiam hujus eandem esse ac alterius.

§. 17. Ad causas proprias, quæ huic opinioni de iustitia actionis injuriarum præpius accedunt, refero i) quod Aristoteles sit sum hujus sententiæ Patronus. (g) Ita enim. Ille 4. Ethic. 5. τὸ δὲ Φροντιλακτιόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τὰς ὄμεις περιορᾶν, ἀνδραποδῶδες. Tolerare silaceffaris, patique ut tui contumelia afficiantur servile est. (b) Sicuti jam fere totus mundus factus est Aristotelicus, sicuti olim de Arriana Hæresi prædicare solebant Orthodoxi, quid mirum, quod simul repudium missum sit patientia, virtuti scilicet tali, quæ servilibus ingenii secundum sacram hanc Philosophiam propria est, cum contra vindicta generosos maxime secundum profanam philosophiam deceat, vel saltim si vindictam commode exercere nequeas, generosus contentus. Aristot. lib. 4. Ethic. c. 3. Evidem & mansuetudo in philosophia profana laudatur, sed ita ut ultionem seu vindictam non respuat. Nam in defectu secundum hujus hypothesin apparet, αἰολοῖς. Qui enim non irascitur inquit Arist. lib. 4. Ethic. cap. 5. neque videtur sentire, neque dolere, neque esse idoneis ad ulciscendum (i).

§. 18. Quin si penitus fontem hujus mali indagamus, sistit

(g) vid. c. 8. inf. (b) vid. c. 8. §. 13. (i) o. 8. §. 15.

211 ACT. INJUR. INSTITUI POSSE.

Sistit se nobis magnanimitas ut ornamentum quoddam cæterarum virtutum. (k) Arist. lib. 4. Ethic. c. 3. Quæ imprimis circa honores versatur. ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμῆς inquit Philosophus cit. l. Injuria honorem alterius lœdunt, eique quam maxime adversantur. (Loquor ex communi hypothesi) Cui autem honor res parva est, inquit idem Philosophus cit. l. etiam ei alia (scil. virtutes,) parva sunt. ὁ δὲ μηδόψυχος ἐλλείπει τὸ πέδον αὐτὸν καὶ πρὸς τὸ τῷ μεσαλοψύχῳ ἀξέσμα qui parum animi habet (h. e. qui non est ambitiosus) deficit εἰς ad se ipsum εἰς ad magnanimi dignitatem, inquit rursus sacer ille Philosophus l. cit.

§. 19. Exulent ergo secundum hanc philosophandi rationem patientia & Humilitas, quæ honorem & vindictam respuant, soli Deo honorem tribuentes eique vindictam commendantes. (l) Inde Ethnicis tradita Christianorum in primitiva Ecclesia visa sunt tam absurdâ, repugnantia quippe ambitioni, quæ omnium virtutum ornamentum & incitamentum traditur. (m) Inde Humiles & patientes pro abjectis hominibus vulgo habentur. (n)

§. 20. Ex hac doctrina novæ conclusiones oriuntur, scilicet infame esse & crudele famam suam negligere, cum vita & fama pari passu ambulent. (o) Quid autem est fama secundum profanam philosophiam? Est opinio hominum de virtutibus seu de studio inclarescendi apud alios. Ergo patientia & humilitas ad classem infamiae erit rejicienda. Nam secundum principia Gentilismi, qui ubivis fere dominatur, infamia est opinio hominum de vitio & contemtu inclarescendi. At humiles contemtu inclarescendi gaudent. Tales

B vero

(k) Magnanimitas hæc adversatur Christianismo vid. c. 4. §. 5. seqq.

(l) vid. c. 4. 5. §. 6. (m) vid. cap. 5. §. 11. (n) vid. c. 7. §. 25. (o) vid.

c. 3. §. 39. seqq.

10 CAP. I. DE CAUSIS ERR. COMMUNIS

verò apud graves & honestos viros, h. e. ambitiosos in excellenti gradu, die eine Figur in der Welt machen/a quorum judicio secundum principia nostri juris dependet infamia facti l. 2. de Obseq. parent. & patr. præst. l. 13. C. & quib. Cauf. infam. irrog. despectui sunt.

§. 21. Inde porro conceptus falsus de honore ortus videtur. Distingunt alias inter *internum* & *externum* seu *exhibitivum*: Internum auferri non posse afferantes tanquam virtutis fructum: sed externum lædi, si non auferri posse. Lædi autem honorem per contumeliam. Nam in eo putant honorem externum consistere, ut sicuti ob virtutem digni honore simus, ita etiam ille nobis ab aliis exhibeat. (p) Qui autem nos contemnit, privat non bono aliquo externo, hinc injuste agit, non tribuendo nobis, quod tribuere debebat, quo casu remedia juris omnino læso succurrere debent. Provocant hic rursus ad Aristotelis dogmata; quæ honoribus extensis jam dudum inter bona locum dederunt. (q)

§. 22. Quin sicuti malum semel fixum quotidie altiores radices agit, & latius serpit, ita apud plerosque hæc plus quam Ethnica opinio nata est, injuria affectum tamdiu pro infamia facti notato & turpi persona reputandum esse, donec injuriā illatam modis receptis & usitatis vel per actionem, injuriarum vel per retorsionem aliquam impiam, vel quod horrendum dictu, per Duellum vindicaverit. Hinc & inter ipsos Dd. ad tit. ff. de his qui not. infam. quæstionem formata videmus: *Utrum injuriam non vindicans infamis fiat:* Et quavis plerique saniorum hoc negent, tamen non dubito, quin quidam vulgi sententiam & opinionem defensuri sint, præsertim cum & Duella suos defensores invenerint, ut docet Dn. Thom. *disp. de felit. subd. Brandenb.* § 11. Et cum hæc persuasio altissimi-

(p) Responsum ad hoc præjudicium c. 7. §. 22. seqq. (q) vid. c. 7. §. 14

ACT. INJUR. INSTITUI POSSE.

II

tissimas radices egerit, homines malunt millies injuriam vindicare, quam patienter & humiliter secundum regulas Christi vivere: Nam, inquiunt, nisi vindicaremus injurias, damno fortunarum afficiremur, saltim per consequentiam, si non directo (r)

§. 23. Deinde, sicuti plerumque fieri solet, dicta scripturae S. vindictæ adversantia secundum carnalem suum affectum explicant non dijudicantes πνευματικὰ πνευματικούς. Totam enim sacram scripturam patientiam quidem inculcare concedunt, imo vindictam improbare, sed non prohibere defensionem famæ. (s)

§. 24. Inde distinguunt inter jus suum persecui & rancorem animi exercere: Hunc peccaminosum esse dicunt & ab actione injuriarum removendum esse, jus autem suum quemlibet persecui posse absque rancore animi, adeoque vitium huic solummodo accedere per accidens non per se. (t) Inde vulgatum illud der Personen Freund: der Sachen Feind: Minus ergo accurate naturam hominis contemplantes, existimant, actionem injuriarum salvo amore & hostibus debito, posse exerceri. Deinde rursus hic ad Aristotelem suum provocant inquietem s. Ethic. XI. qui quod passus est, idem vicissim facit, non videtur injuriam facere.

§. 25. Quin quod soleant non raro hic argumentum ducere a bellis. Sicuti jam Grotii sententiæ de belli justitia etiam inter ipsos Christianos canonisata sunt, & saepe absque judicio applicantur: ita & actio injuriarum justa est: merito enim ulciscimur coram judge injuriam, sicuti Principes independentes per bellum, Bellorum enim & judiciorum eadem vulgo putatur ratio. (u)

B 2

§. 26.

(r) vid. c. 9. §. 6. (s) vid. c. 6. §. 18. (t) vid. cap. 4. §. 8. seqq. & c. 6. §. 8. seqq.

(u) cap. 4. §. 43.

22 CAP. I. DE CAUSIS ERR. COMMUNIS

§. 26. Hinc ulterius inferunt, vindictam quidem privatam esse per se illicitam, cum ita quis sibi jus dicat: ast aliam rationem esse vindictæ publicæ, qua scil. injuriæ Reipubl. vitæ alicujus corpori, famæ, aut juribus officentes in judicio vindicantur Struv. *de Vindict. priv. apb. 7. cap. 1.* Hinc etiam de hac legitima vindicta putat intelligi debere verba: Ich will es eyfern/ ich will mich an dir rächen/ ich will dirs ge- denken. Cur vero publica vindicta conscientiam tranquillat? quia omne ajunt, quod legis positivæ auctoritate fit, tranquillat conscientiam. (x)

§. 27. Imo per actionem injuriarum non tam vindicari injurias illatas dicunt, quam defendi famam, jam autem a defensione rerum famæ defensionem recte inferri. (y) Ita ergo sibi aliisque fucum revera faciunt, & animum vindictam spirantem nobilissimo defensionis prætextu incrustant.

§. 28. Et quis ferè dubitaret de justitia hujus remedii? Cum enim retorsionem injuriarum tanquam vindictam privatam admittant nec eo ipso conscientiam lædi credant, qui aliter fieri potuit, quam ut etiam hoc remedium judiciale defenderent. Major sane est ratio pro actione injuriarum, quam pro pessima illa retorsione. Et tamen hanc & Theologi defendant, & Theologi ipsimet adhibent. Exempla sunt odiosa. (z)

§. 29. Sunt & rationes privatæ, quæ plerosque inducunt, ut hoc remedium defendant. Personant judicia hisce injuriarum actionibus. Et puto nullos frequentiores dari processus quas hos. Ratio manifesta est, quam eleganter circumscribit B.Dn. Brunnem. lib. 1. cap. 1. §. 7. inquiens: *Videmus in communi vita refraxisse charitatem, & exstinctam esse fidem, amissum omnem pietatis sensum. & paucis interjectis: Quid est hodie*

(x) vid. c. 3. §. 36. (y) vid. c. 3. §. 39. seqq. (z) vid. c. 3. §. 36.

ACT. INJUR. INSTITUI POSSE.

13

bodie Christianus populus, si vitam plororumque attendas nisi cauus eorum qui sunt oppleti omni iniustitia, malitia, scortatione improbitate, avaritia, pleni invidia, cade contentione dolo malignitate, susurrones oblocutores, Dei osores injuriosi superbi gloriosi inventorum malorum parentibus non obedientes, despicientes fœdfragi, charitatis expertes, implacabiles, immisericordes &c. Rebus ergo sicstantibus plurimorum interest, ne e medio tollatur hoc remedium. Judicis, si malus est, interest ob sportulas inde manantes, quæ valde minuerentur, ubi tanta farrago processuum minueretur. Consolentium interest: nam & hi semper partem de tunica capiunt. Et imprimis hic res Advocatorum ageretur, si hoc remedium damnaretur publice. Hinc tam pauci hoc remedium impugnant.

§.30. Tandem occoecarunt plerosque Brocardica vulgata: Christianismum non tollere jus quæsumum. (a) Interesse, reipubl. ne delicta maneant impunita. (b) In statu florentissimo Ecclesiae sub Constantino magno remedia hæc approbata & publice proposita fuisse, primum principium juris esse, (c) neminem esse lædendum & suum cuique tribuendum. Judicia esse ordinationem Dei. (d) Neminem securum esse posse in Republ. si hæc facultas se vindicandi auferretur. (e) Et quis omnia Brocardica hic recenseret, quæ suæ causæ dif-
fidentes plerumque solem conglomerares.

§.31. Sed hæ larvæ non nisi cœcis obsunt. Prudentiores & pietatis studium strenue urgentes Icti & Theologi in alia omnia hic eunt, & hoc remedium iniustitiæ penitus incusant, quos antequam ulterius pergam, & ita Lectoris animum ad minus gratas conclusiones quodammodo præparem, statim hic adducere placet. B Huberus in prælect. ad ff. tit. de in-

B 3

jur.

(a) vid. c. 4. §. 24. (b) vid. cap. 4. §. 14. (c) vid. e. 5. (d) vid. c. 4. §. 33.
(e) vid. cap. ult.

14 CAP. I. DE CAUSIS ERR. COMMUNIS

jur. notanter ait; Nunquam Jurisprudentia magis a philosophia, loquor etiam maxime de Christiana, quam in vindicandis injuriis discrepat. Quae enim hac alto animo sperni jubet, illa serio prosequitur & custodiens paci in populo, qui non capit philosophiam, persequi debet.

§. 32. Si audiamus Bachiovium ad §. f. 7. de injur. non adeo alienus a nostra videtur esse sententia. Nihil absurdum fore, inquit si quis affirmet peccare hominem Christianum, qui ex ira & vindicta cupidine pervicaciter & acerbe injurias exsequitur & imo vix ullam satis justam causam esse Christiano agendi injuriarum, nisi ubi hoc fieri publice quodammodo interest, vel in exemplum, ut alii ab ejusmodi petulantia absterreantur, vel ob personam ejus, qui injuria est affectus: veluti si publicum officium administraret, quem ab injuriis immunem ac integræ famæ haberi publice interest: ne contemptui exponatur, & administrando muneri suo minus idoneus reddatur. Quod & latius porrigit potest, si forte ex consuetudine indignus officiis publicis habeatur qui injurias non vindicat. Cæterum quid de his limitationibus statuendum sit, postea exponemus imprimis cap. 9.

§. 33. Cæterum hanc opinionem non esse novam aut heretici aut nudius tertius natam, apparet ex eo, quod Ill. Dn. Strykius jam ante 30. annos eam foverit & publicis scriptis celebraverit. Ita enim ille in tr. de jure Sens. diff. 9. c. 4. n. 33. inquit: Ubi ad estimationem injurie devenitur, ubi tot mille thaleris unicunq; verbum estimatur, imo quod majus, juramento id confirmatur, id an Christianismo conveniat subdubito. Quid hic nisi vindicta? quid hic nisi summus animi rancor, dum eosque exasfuat ultor animus, ut tantam pecunie summam, (si juramento ipsius credendum,) in profundum maris abjecere vellet lubentius, quam unicunq; verbum in se & ratione effectus non injuriosum. arg. l. un C. de famos. lib. equo ac Christiano animo perferre. Habes hic in complexu & quasi in compendio omnia illa argumenta quæ

ACT. INJUR. INSTITUI POSSE.

19

ta, quæ infra fusiſ pro injuſtitia actionum injuriarum deducenda erunt. Confirmat eandem ſententiam paſſim imprimis in Disput. de Foro Conſcientia c. 6. §. 42. seq. & de Falſitate pre- cum Principiob. cap. 4. n. 5.

§. 34. Damnat itidem hanc actionem paſſim Dn. Tho- masius vid. Coroll. disp. de jure Princeps, circa Haretum, quin & in- juſtitiam ejusdem in prælectionibus publicis & privatis ſæ- pius urget. Nec minus Dn. Bodinus in Disp. de Abuſu aſtim. & moderat. injur. §. 6. 7. & 8. valde reſtringit actionem injuriarum & fuſius abuſus inde emanentes per totam diſſertationem excutit. Confirmat eandem nobiscum ſententiam Dn. Jo. Sam Stryk, Diſſ. de Rejeſt. ab actis cap. 1. n. 49. & ſeqq. ubi n. 54. de officio judicis ſuperioris injurias vindicantem a li- mine judicij repellentem agit. Valde imbecilem, ſunt Verba alleg. l. hic puto objectionem, injuriatum jure ſuo uti, & ſic judi- cem cum impediſire in jure ſuo non poſſe. Nam quodnam demum jūs pretendere potheſt, quod Deo ipſi abominatione eſt, quo ledit conſcientiam, violat præcepta prudentiae & morum, turbat iſpam tranquillitatem publicam ſequē reum eternæ damnationis conſti- tuit? an in talijure præteno ipſius cupiditatī ulciſſendi deferendū? minime gentium. Quod enim ſub pretextu juris intenta- tur, non ſlatim iuſtum & pium eſt, imo aliquando malitiouſum & perniicioſum.

§. 35. Videtur huic quoque inclinare Faber in C. lib. 9. t. 20. def. 2. inquiens: Remiſſam eſſe injuriam, de Christiano homi- ne credibile eſt. Interim probari ab eo qui allegat oportet, quoni- am NB. hic non QUID FIERI DEBUERIT quam quid factum ſit inſpiciendum. Si ergo fieri debet remiſſio injuriarum, & im- primis a Christiano homine qua tali, injuriarum actiones ſe- cundum iſpum erunt illicite. Provocatibidem ad l. 6. §. 1. ff. de ſeru. export. de qua infra cap. X. §. 8.

§. 36. Haec ſunt judicia de hac actione injuriarum ſum- morum

morum sane J^Ctorum. Adderem Theologorum sacerdotium & purgationem cordis unice intendentium consensum [literales enim, fidem in cerebro gerentes minus euro] si de hoc adeo dubitaretur & non tam saepissime publicis in concionibus querelæ ingeminarentur de hac iniquitate notoria. Propius ergo ad rem ipsam accedamus.

C A P U T . II.

De Conceptu Justitiae genuino.

C O N S P E C T U S .

- C**onceptus generalis justitiae. Ratio hujus differentiae. §. 8.
secundam definitionem in quatenus leges civiles & justitia
Instit. traditam §. 1.
- Justitia est vel attributum actionis vel personæ. §. 2.
- Utrobique habetur respectus ad Legem §. 3.
- An ita actio injuriarum non possit dici justa? ibid.
- Remissive de pluribus Justitiae speciebus secundum conceptum vulgarem. §. 4.
- Una datur tantum vera justitia. §. 5.
- Non dantur tot justitiae quot species legum. ibid. Divisio Legum ex duplice consideratione legislatoris. §. 6.
- Differentia legum Divinarum & humanarum quo ad obedi- entiam externam & internam. §. 7.
- Media ad solidiorem justitiam pervenienti. §. 10.
- Quid de justitia externa non subordinata solidiori sit sensendum. §. 11.
- An ita justitia universalis Aristotelica describatur? §. 12.
- Objectio: confundi ita justitiam politicam cum Theologica. §. 13
- Respondetur. §. 14.
- An hic committatur usus βασις eius anno regno. §. 15.
- Quid ex instantia de altissimo gradu patientie a Christo incubante sequatur. §. 16.
- Objectio: hominem in natura non esse corruptum. §. 17.
- Negat-

JUSTITIAE GENUINO.

17

Negatur hoc ipsum. §. 18.*Refellitur explicatio loci Luce*

10. §. 19.

*Quid de Ethnicorum, Socratis,**Senece &c. virtutibus judi-*
*candum, ibid.**Non omne quod lege civili per-**mittitur tranquillat consci-
entia.* §. 20.*Quatenus leges obligent in con-
scientia.* §. 21.*Quenam justitia in Rubricain-
telligatur.* §. 22.

§. I.

Cum itaque in eo simus, ut injustitiam hujus actionis enucleemus, breviter inquirendum, quid per justitię am hic intelligamus, ut status controversiae eo accutius formari possit, cum præsertim hodie illa ipsa tantam amplitudinem habeat, ut quævis fere scelera nomine justitiae defendere possit. In Institutionibus pr. de J. & J. Justitia definitur, quod sit constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. Sicuti ergo secundum hanc definitionem requisitum primarium justitiae consistit in augusto illo lemma: *Suum cuique: ita injustitia ex opposito ejus dijudicanda erit, quando scilicet suum cuique non tribuitur contrarius.*

§. 2. Apparet autem Ictum in definitione illa simul sollicitum esse de justitia personæ, imo magis de hac loqui quam de justitia actionis. Justitia enim quatenus attributum actionis est, solummodo respicit ad convenientiam actionis cum Legge, non ad intentionem agentis, exinde enim justitia, quatenus attributum personæ constituit, dijudicanda. vid. Dn. Beier in post. ad ff. tit. de j. & j.

§. 3. Ultramque tamen definitionem respectum ad convenientiam cum legibus involvere apparet. Unde & de injustitia dici debet, quod respectum ad disconvenientiam cum legibus supponat. At hoc modo actiones injuriarum ab iniqüitate absolvendæ erunt, quia actor utique ex permissione & dispositione legum civilium agit: & sic saltu justa agit, si

C

non



non semper juste. Quomodo ergo injusta erit hæc actio?
quærunt hilari animo dissentientes.

§. 4. Ast, compescite gaudium amici. Incivile enim est velle judicare, nisi tota mente alicujus perspecta & cognita. Vos ipsi plerumque plures species justitiae tradere & sudore multo enucleare soletis. Quid enim notius quam distingui vulgo inter justitiam univerialem & particularem & hanc in commutativam distributivam & (uti nonnulli addunt) vindicativam distribui. Sed hic quidem nolo recoquere ineptias. Qui subtilitates circa has distinctiones amat, ille adeat commentarios latissimos in Aristotelis Ethica, ex quibus fere pleraque ad tit. ff. de J. & j. obtorto collo rapiuntur, vid. interim Dn. Thomas. in jurispr. Div. L. I. c. I. n. 106. Iu vero ex vestra propria confessione appetet, non statim justitiam plene & quoad omnimodam suam essentiam ex convenientia cum legibus civilibus dijudicari posse, cum justitiam, particularem sub generali comprehendendi afferatis.

§. 5. Plures sunt legum species, prout legislatorum diversa est ratio & proportio. Et secundum hanc diversam rationem & proportionem de subordinatione horum jurium & vera justitia, quæ una tantum est, judicandum. Alioquin enim tot justitiae forent, quod species legum, ceu communiter fieri solet. Et ita sæpe accidere posset, ut una actio foret iusta & injusta simul, utrū statim appetet in nostro remedio quod justum dicunt quod leges civiles, non vero quoad forum internum. Sed cautione hic opus ne plures justitias fingamus.

§. 6. Legislator scilicet alius est divinus: alius humanus. Respectu illius sunt leges divinæ, quæ cognoscuntur vel ex lumine naturæ vel ex revelatione. Utrinque Deus salutem & veram felicitatem hominis, quæ iridem una est, intendit, sed non æquali gradu. Leges naturæ non plene assequuntur finem, ob luminis naturalis imperfectionem, & virium natu-

JUSTITIAE GENUINO.

19

naturalium destructionem : hinc dicuntur in Ethniciis fuisse pædagogus ad veram salutem, Christum scilicet, & illis impunitatur, quod non duce hoc tanquam pædagogo usi fuerint, sed potius viribus Naturæ confisi ordinem & modum adspirandi ad veram illam felicitatem pervenerint. In veteri fœdere leges forenses & ceremoniales non plenarie quoque in finem fieri poterant, nec per observantiam externam legum homo salvus fieri ceu Paulus docet Rom. II. seqq. Quod & ad morales applicari potest.

§. 7. In eo tamen videtur esse discrepantia legum humanarum & divinarum, quod Rom. VII. 14. dicatur lex divina spiritualis, & simul requirat internam justitiam cordis ceu Christus ipse quoque Matth. V. docet, legem ab interpretationibus fallis externam solum convenientiam cum legibus decentibus, & per harum observantiam homines ad salutem ducentibus & ab alia mutilatione vindicans. At legislator humanus magis de justitia actionis, quam personæ sollicitus est. Deus cor intuetur & id scrutatur. Homo legislator ulterius progredi nequit, quam ut actiones externæ sint legibus conformes, salutis publicæ causa.

§. 8. Ratio hujus discrepantie in ipsa natura diversa legislatorum quærenda. Cum enim Legislator Deus requirens internam obedientiam simul cor hominis per gratiam suam electeret, innovare & ad hanc obedientiam habile efformare posset modo homo divina gratia peccatis suis non relistar, hinc efficacius & plenius obedientiam internam requirit. Ast homo legislator nullam efficaciam in cor & animum habet, sed ejus dispositioni actiones externæ relistar sunt. Inde cogitationes in jure impunitæ, & solus furandi animus non sufficit, nisi ipsa actualis ablatio accesserit.

§. 9. Cum jam leges Naturæ & morales positivæ sint ueris universales, (nam ceremoniales & forenses Remp. Judaicam re-

C 2

spici-

CAP. II. DE CONCEPTU

spicientes hic sequestramus) imo divina & cordis quoque iustitiam intendant Matth. V, 21. respectu Dei, ad quem omnes nostræ actiones dirigenda, quique hunc in finem vires spirituales suppeditat, appareret, leges humanas utriusque juri subordinari debere. Hinc est iustitia, quæ non simul huic subordinatione innexa, sed nude saltim se refert ad Leges civiles, habet quidem in foro externo effectum iustitiae dum saltim externæ suum cuique tribuit, sed plenariam iustitiam rationem non intrat, quia ulterius non evicitur ad convenientiam illam cum lege Dei morali & naturali, cui leges subordinari debebant, & hoc respectu peccatum dicitur *avulsa*, h.e. quod contra leges in genere est.

§. 10. Cum vero nemo internam cordis iustitiam afferri possit propriis viribus, sed solius Dei sit, dare & velle, & perficere Rom. VII, VIII. & sic, ut cor nostrum ad hanc iustitiam assuefiat, præparatione divina & totali mutatione opus sit, hinc spiritualia illa media quoque hic supponenda, per quæ ad diviniorum solidiorem & finem magis spiritualem intendentem hanc iustitiam animus evelhi potest.

§. 11. Apparet ergo iustitiam humanam non subordinata consideratam, nec supponentem veram illam iustitiam cordis a Deo purificati revera esse tantum umbram rationis: quid, cum coactionis plena sit, quid mirum, quod à veris virtutibus omni coactione expertibus separari debeat. Et sic hactenus quidem distinctionem inter iustitiam internam & externam non respuo, quoad effectum puniendi & societatem civilem qua tales, sed tamen membra ita considero, ut iustitiam externam interna non subordinatam φύντασμα quodam h.e. iustitiam respectu internæ esse credam, præsertim in Republica Christiana, ubi duplex respectus & cives Christiani optima harmonia subsistere potest & deberet.

§. 12. Ita vero hactenus descripsisti, instas, iustitiam universalem, quæ complexus omnium virtutum dicitur, & tamen distin-

JUSTITIÆ GEMUINO.

21

distinctionem hanc §. 39. rejecisti. Ego vero hic regero : si recte perpendes ibi dicta, animadvertes, me rejecisse hanc distinctionem quatenus a Doctoribus ex mente Aristotelis explicatur & tricis infinitis est involuta. Deinde quid est illa justitia universalis Aristotelica solis viribus naturalibus comparata, nisi complexus omnium vitiorum, cum revera virtutes ejus morales sint virtus.

§. 13. Sed hic audio dissentientium objectiones : Atque sic tu confundis justitiam politicam cum virtute Theologica, quæ toto cœlo differunt & committis *μεταβάσιν εἰς αὐτόν γένες*. Inde sequeretur quasi in infidelibus nulla perfecta vera & plena virtus reperta fuerit, & ita misces omnia sursum & deorsum coelestia & mundana. Sic patientiam talem, quam Christus a nobis exigit, nec Philosophi docent, nec docere tenentur, quia non humana sed divina est, & Christi quædam imitatio, sine qua virtutes humanæ plene etiam ab Ethnici cognitæ & pertractatae sunt.

§. 14. Sed plura hic petunt id, quod est in principio. Admitto differre justitiam politicam a vera illa, sicuti differunt verum & apparenter tale. Sed quæstio superest, an justitia illa politica toto cœlo a Theologica diversa justitiæ nomen mereatur. Una est veritas. Una sapientia. Et sic una quoque vera iustitia, cum unum quoque tantum verum bonum sit. Et subordinata sibi invicem non sunt opponenda, quod tamen faciunt, qui politicam a Theologica secernunt, dum diserte asserunt, quod toto cœlo differant. Quoties ergo justitia illa externa seu politica opponitur vera, internæ, Theologicæ, toties est vitium. Sed quoties in ordine suo naturali, *e. subordinatione* consideratur, toties verae virtutis nomen meretur.

§. 15. Unde & imputationem *μεταβάσεως εἰς αὐτόν γένες* facile effugiemus, quia una tantum sapientia est, & omnia ad unam illam sapientiam dirigenda & inde deducenda. Et sic-

CAP. I. DE CONCEPTU

uti illud quod alteri subordinatur, ex eo utique interpretandum, & explicandum, cui subordinatur, ita hoc judicium finium regundorum ad eos spectat, qui ordinem rerum pervertunt, & disciplinas disciplinis opponunt, totque in effectu faciunt sapientias, quot sunt disciplinae. In subordinatis principia illa neutiquam dici possunt peregrina, quae deducuntur ex genuino fonte, cui omnia sunt subordinanda. Unde *μεταβάσις αὐτοῦ γένεσις* imposturam gentilem esse credo. Deinde Jurisprudentia vera leges divinas agnoscit pro fundamento, & omnis jurisprudentia a ratione & revelatione aliena, est impia & irrationalis. Dn. Thomas. *Diss. an Hareſ. sic crimen.*
tb. 2. inf.

§. 16. Instantia de patientia Christiana magis confirmat meam sententiam. Primo enim falsum est, patientiam a Philosophis cognosci & tractari non debere, ceu infra cap. VII. §.
 13. liquidum fiet. Deinde si jam in specie altissimum illum gradum in patientia Christiana, qualem supponere solent ex Christi doctrina, supponamus, humana quidem ratio eousque non pertingit. Cur? quia obscurata est & tenebris involuta & à cordis inclinatione ab omni patientia aliena depravata est. Inde tamen non sequitur. Ergo virtutes Ethnicæ fuere veræ virtutes & perfectæ. Sed inde potius hoc inferre licet,
 1) quod Ethnici virtutes ex lumine solo corruptæ rationis non potuerint perfectæ cognitas habere, 2) multo minus eas pertractare, 3) quod hactenus recte se habeat regula: *ubi definit philosophus, ibi incipit Christianus.* i.e. quia Philosophus quatalis non potest ulterius venire quam ut miseriam suam agnoscat, ab illa autem per virtutes illas apparenter tales se eripere nequit, hinc proxima via ad Christum, qui supernas vires suppeditat & miseriam nostram suo merito ineffabili vera fide apprehenso aufert. vid. cap. VII. §. 8. & Dn. Thomas. in *Ethica cap. ult.*

§. 17. Sed

JUSTITIÆ GENUINO^{AD}

23

§. 17. Sed nova objectio hic sese mihi offert, scilicet haec: Si virtutes morales ab Ethniciis naturæ lumine non potuerint recte & plene cognosci & excoli, sequeretur, quasi etiam in naturalibus homo per lapsum esse corruptus, quod tamen videtur esse contra mentem & sententiam Salvatoris *Luce X*, in parabola illa, ubi vox *ηυιρανη* *semimortui* explicari comode potest, ita ut indicet mortuum in spiritualibus, vivum in naturalibus.

§. 18. Facilis tamen responsio est ad hanc objectionem, Quis unquam dubitat, hominem in naturalibus etiam per lapsum esse corruptum? quam multa ignoramus in physicis imo fere hic cespitamus. Pleraque in probabilitate fundantur. Magnetis attractionem novimus. Causam attractionis ignoramus. Quidhodie nostrum ex signatura rerum penetrare potest in intimam rerum naturam? Plura se a bestiis quoad virtutes herbarum didicisse non dissentunt Medici. Pleraque adhuc ignorantur.

§. 19. Deinde explicatio vocis *ηυιρανη* plane est contra mentem Salvatoris. Parabolam attulit de amoris præstatione, & sic eo videtur tantum nervum rei posuisse. Aplicant quidem hanc parabolam Theologi nostri etiam ad amorem Christi redemptoris nostri. Et hactenus non male. At nec sic sequitur ex voce illa, hominem dici semimortuum, scilicet quoad spiritualia. Sed vocem *semimortui* etiam prædicamus de illo, qui adhuc aliqua particula vitæ fructur, proximus tamen mortis est. Exempla Socratis Seneca aliorumque id quidem evincunt, quod Christianis ipsis palmam dubiam in civilibus hisce virtutibus reddiderint, quia hodie Ethnicum in morem vivitur: ast inde non sequitur, eos veræ virtutis limites attigisse, quia fundamento vero virtutis destituti fuere.

§. 20. Quæ cum ita sint, corruit commune illud præjudicium



CAP. II. DE CONCEPTU

dicum §. 13. notatum; quasi omne illud quod lege civili per-
mittatur, tranquillet conscientiam. Conscientia forum &
tribunal internum repræsentat, & sic justitia aliqua politica
non est contenta, sed ad divinorem & solidiorem illam ten-
dit & illa demum tranquillat conscientiam, conf. Disp. Illust.
Dn. Strykii de Foro. *Conscientie fusius hoc de themate disser-*
tentis. Plura permittuntur in jure civili ex ratione Reipubl.
& salutis communis, quæ tamen nunquam approbantur. Brun.
ad l. 16. ff. de Minorib. Multa pudori hominum relinquuntur,
multa impune sunt, non tamen justa internæ sunt, consci-
entiam tranquillantia. Jus aliquod ex re judicata nasci vulgari
juris est. Sed recte B. Dn. Brunn. in *Jure Eccles.* multas res judi-
catas aliquando reformatum iridie novissimo dicit. Unde &
hic piissimus JCrus in commentariis suis tam særipissime à fo-
ro interno separat ille quæ in foro externo justa sunt. Pro-
lixius hoc argumentum deduxit Dn. Lic. Jacob. Brunnem. in
Diff. de Furtis non agnitis.

§. 21. Sed tamen urgent dissentientes Pauli dictum, quod
leges obligent in conscientia. Totum concedo argumentum.
Sed quænam sunt leges, quæ obligant? an etiam hic refe-
rendæ leges permisivæ? certe si id verum esset, quilibet in-
conscientia peccaret, qui suo juri renuciaret. Deinde an hoc
de omnibus legibus obligantibus h. e. præcipientibus vel
prohibentibus verum est? Num peccat testator in consci-
entia, qui solennia testamenti non adhibet? Et tamen lex præ-
cipit ut adhibeantur illa solennia. Quem multis ergo sub li-
bido

§. 22. Postulavit hanc digressionem necessitas, ne status
controversiarum minus recte formetur. Quando ergo, ut in vi-
juriarum, tunc non ad justitiam aliquam externam, politi-
cam, internæ & veræ oppositam; sed magis ad veram realem
& so-

& solidam respicimus, quæ conscientiam tranquillat, nec Christi regulis & veri virtutibus adversa vid. Hopper. de Ver. Jurispr. lib. I. tit. 17. Quid enim juvat sub specie alicujus justitiae facta imo falsa quid justum dicere, quod tamen tale non est, nisi inter eos, qui Ethnicum in morem vivunt. At Christiani ex hoc vivendigenere merito emergere debent.

C A P U T III.

De indole remediorum vindicantium
injurias.

C O N S P E C T U S.

- | | |
|--|---|
| <i>Actio estimatoria penalis est &</i> | <i>nibus penalibus, quod hac non</i> |
| <i>ad vindictam meram tendit</i> | <i>detur hereditibus §. 8.</i> |
| <i>§. 1.</i> | <i>Deductur inde decisio l. 10. §. 2.</i> |
| <i>Cur non sit rei persecutoria §. 2.</i> | <i>ff. si quis caut. in jud. §. 9.</i> |
| <i>Respondetur ad objecionem, per</i> | <i>Et quod minores non restituantur</i> |
| <i>banc actionem estimari in-</i> | <i>contra omissam actionem</i> |
| <i>juriam §. 3.</i> | <i>injuriarum §. 10.</i> |
| <i>Probatur ex qualitatibus huic a-</i> | <i>In bonis nostris non computatur</i> |
| <i>ctioni propriis, eam vindic-</i> | <i>hac actio §. 11.</i> |
| <i>etiam spirare (1)</i> | <i>Conclusiones inde formantur</i> |
| <i>Quia requirit, ut injuria fuerit</i> | <i>§. 12.</i> |
| <i>revocata ad animum §. 4.</i> | <i>Etiam tunc vindicta exercetur</i> |
| <i>Cur hoc requiratur §. 5.</i> | <i>ubi criminaliter agitur §. 13.</i> |
| <i>(2) Ex formulis consuetis esti-</i> | <i>Vel ex Lege Cornelia §. 14.</i> |
| <i>mationem determinantibus</i> | <i>Vel ubi famosus libellus vindici-</i> |
| <i>§. 6.</i> | <i>catur §. 15.</i> |
| <i>(3) Quod odiosa sit injure hac</i> | <i>Moribus inter Christianos inju-</i> |
| <i>actio §. 7.</i> | <i>ria magis vindicatur quam</i> |
| <i>Inde differentia a ceteris actio-</i> | <i>apud Ethnicos §. 16.</i> |

D

Morbi

- Moribus introducta actio ad palinodiam §. 17.
- An conjungi posse cum estimatoria & num sit rei persecutoria §. 18.
- Cur plerique illam referant ad rei persecutorias §. 19.
- Fundamenta ita sententium 20.
- Sententia Hahnii recensetur ibid.
- Contraria eiusdem adducitur §. 21.
- Bachovii sententia §. 22.
- Judicium de bisce sententiis. §. 23.
- Ostenditur illam revera ad vindictam tendere ibid.
- In actionibus bisce non pii sed impii supponi debent §. 24.
- Refutatur Hahnii sententia & imprimis argumentum a restitutione furti ad restituitionem famae §. 25.
- Nec ex vulgi opinione sequi, hanc actionem esse rei persecutoriam, ostenditur §. 26.
- Aliud argumentum Hahnii & Scrutii recensetur §. 27.
- Responso adjungitur §. 28.
- Ostenditur actionem hanc revera esse poenalem §. 29.
- Imprimis ubi recantatio publi-
- ce & solenniter imponitur §. 30.
- Quaratione hac actio sit deterior ipsa civili §. 31.
- Quomodo different declaratio & deprecatio §. 32.
- Deprecatio Christianareverata. lis non est §. 33.
- Quid sit retorsio injuriarum §. 34.
- Autoritas Aristotelis in bac materia §. 35.
- Num pretextu vindictae publicae licita dicit possit §. 36.
- An ob defensionis pretextum licita dici possit §. 37.
- Num hic argumentum valeat ab inculpata & tutela moderamine & defensione rerum §. 38.
- Ostenditur vanitas argumenti ab inculpata & tutela moderamine §. 39.
- Ut & argumentia a defensione rerum §. 40.
- Rejicitur argumentum, quod leges vindictam publicam loco Magistratus injuriato commiserint §. 41.
- Protestatio hic omnis factio contraria §. 42.
- Conclusio: omnia illa remedia vindictam spirare §. 43.
- Status controv. formatur §. 44.
- §. 1.

§. 1.

Cum plura dentur remedia injuriis vindicandis inferuentia, excludendum, an omnis actio injuriarum. Hoc ipsum autem non recte dijudicare possumus, nisi naturam horum remediorum intimam inspexerimus. Occurrit autem hic primo loco *actio Prætoria æstimatoria*, quæ poenalis est fatente ipso Ul piano in *l. prætor. edixit. 7. §. 1. ff. de injur.* ubi differentiam inter actionem Legis Aquilæ & injuriarum ostendit, *in actione injuriarum inquiens, de ipsa cæde vel veneno ut vindicetur, non ut damnum sarcitur agitur.* Idem in *§. 10. I. de Injur.* confirmatur. Clarius id ipsum asseritur in *l. cum. emancipati.* 2. *§. 4. ff. de Collat.* ubi notanter dicitur quod *magis vindicetur quam pecunie habeat persecutionem,* adeoque filius eo nomine nihil conferre teneatur. In *l. 15. §. 46. de injur.* diversum est dicitur, *an agam ad damnum, an ad contumeliam (scil. vindicandam.)*

§. 2. Certe rei persecutoria esse non potest, si vel maxime ex vulgi opinione supponamus, lādi per injurias famam & existimationem. *Fama enim, inquit Dn Thomas de Philof. Jur. §. 167. mea per injuriam ad delinquentem non transit.* (Ergo nihil restitui ejus nomine potest, cum restitutio presupponat, rem meam apud alterum esse) *nec in æquivalente, quia bona fama non est bonum æstimabile.*

§. 3. Sed tamen urgent dissentientes, in hac actione æstimari injuriam seu famam per illam ablatam. Sed ubi hoc æstimatio hic substituta veteri poenæ ex LL. XII. Tabb. descendenti, ceu *cap. seq. in historia hujus actionis docebimus* §. 37. Reliquerunt ergo potius determinationem hujus poenæ Prætores arbitrio lāsi, salva tamen moderatione Judicis, ne in infinitum quis æstimationem illam extendere, quæ alias per LL. XII. tabb. determinata erat.

D 2

§. 4.

§. 4. Cæterum hanc poenæ aestimationem veram vindictam involvere ostendunt omnes hujus actiones qualitates quam nec Jurisprudentia Romana dissimulare voluit. Primo enim ut hæc institui possit, requirunt, ut passus injuriam statim eam ad animum revocaverit §. 12. I. de injur. inde Practici in libellis hac clausula uti solent, daß er solche Injurie zu beschwerten Gemüthe gezogen. Quid autem est revocare injuriam ad animum? Scilicet declarare, se hac injuria moveri, seque illam vindicandi propositum habere. Dissimulare contra est contempnere injuriam, nec de vindicanda ea cogitare.

§. 5. Hinc tam variaæ Dd. sententia de tacita remissione v. c. quatenus remissa censeri possit ex conversatione familiari, scil. quando non est ex necessitate suscepta, nec cum protestatione conjuncta v. Dn. Hoppe ad. §. cit. 12. Inde concludo, injuriarum actiones tollere familiarem conversationem, tollere vinculum amicitiae, & amorem spontaneum, quia alias exinde colligitur remissio; Sunt enim opposita, amor & odium, Vindicta & amicitia.

§. 6. Deinde hoc indicant ipsæ formulæ vulgares, quæ uti solent in æstimationis injuriis. v. c. Er wolte lieber 1000. Thaler von den Seinigen verliehren als die Schmach auf sich sitzen und dieselbe ungeahndet lassen/ vel ut alii malunt: er wolte nicht 1000. Thaler darum nehmen und eine solche Schmach leiden. Quid vero actores seu libellantæ aliud eo ipso indicant, quam se tanto dolore intime esse affectos, ut damnum mille thalorum ipsi tantum infligere dolorem non possit. Et ut de hoc sensibile dolore bene constet, juramentum desuper præstant. Dolor ergo hic conjunctus cum ira quarit satisfactionem, & hanc in ipsa æstimatione exprimit.

§. 7. Porro id evincitur ex eo, quod odiosa hæc actio in ipsa

REMEDIORUM VINDICANT. INJUR.

29

ipsa Jurisprudentia habeatur, & sic valde restringatur. Cum meram vindictam inquit Rittershusius ad §. 12. *J. de injur. b.c actio contineat, non autem rei familiaris aut pecuniae persecutionem, ideoque odiosa sit, facile restringitur & aboletur.* Paria tradit Dn. Hoppius ad cit. §. inquiens: *Nihil rei perseguimur injuriarum actione, sed nude vindictam petimus.*

§. 8. Hinc oritur illa differentia, quod actiones quidem pœnales ex maleficiis, licet non dentur contra heredes, tamen heredibus competant, nec iis denegentur: Ast actio injuriarum & si qua similis alia inveniatur (h. e. quaæ itidem vindictam spirat) liquido excipiuntur ab hac regula in §. 1. 3. de perpet. & temp. act. Rationem unanimiter Dd. collocant in eo quod meram contineat vindictam, vid. Rittershus. & Hopp. ad cit. §.

§. 9. Fluit inde etiam ni fallor decisio 1. si eum judicio. 10. §. 2. ff. si quis caut in jud. Ubi Paulus hunc proponit casum: quiinjuriarum acturus est, stipulatus erat ante litem contentam, ut adversarius suus judicio sistat: commissa stipulatio mortuus est: ubi quæstio oriebatur: an competit heredi ejus ex stipulatu actio? quod negat Ictus hanc subjungens rationem: *quiatales stipulationes propter rem ipsam dentur.* Injuriarum autem actio heredi non competit. Opponebatur: at qui stipulatio judicio sistendi causa facta ad heredem transit, licet delictum veretur 1. 49. de obt. & act. Respondet: tamen in hac causa dandi non est: nam & defunctus si vellet omissa actio injuriarum ex stipulatu agere, non permitteretur ei.

§. 10. Adeo vero odiosa in jure habetur, ut quamvis alias magnus favor minorum & restitutionis ipsis in Legibus indulxæ sit, tamen ipsi non restituantur contra omissam actionem injuriarum. Auxilium inquit Tryphonynus in 1. 37. pr. de Minor. in integrum restitutionis executionibus pœnarum (i. e. vindictæ & ultiōnis, ut bene annotat Dn. Gothofr. ad cit.

D 3

1. 4.)

*l. 4.) paratum non est: Ideoque injuriarum judicium semel omis-
sum repetinon potest.*

§. 11. Porro inde haec noua qualitas peculiaris huius actio-
nis est, quod in bonis nostris non computetur, antequam
litem contestemur. *l. 28 de injur.* cum tamen ex *l. 49. ff. de V. S.*
alias constet, bonis annumerari si quid est in actionibus, pe-
titionibus persecutionibus, quod etiam extenditur ad actio-
nes poenales in *l. poenales 32. pr. ff. ad L. Falcat.* ubi tamen ex-
cipitur injuriarum actio. Et hic novum discrimen oritur in-
ter hanc & reliquas poenales, quod judicium praebet, in re-
liquis poenam non continere vindictam.

§. 12. Exinde Paul. in *l. 2. §. 4. de collat.* novam format
conclusionem, quod cum vindictae habeat persecutionem,
emancipatus filius nihil conferre eo nomine teneatur. Sic
cum scandalum publ. saepius praebere posse, non promiscue
concedenda ceu in capite 10. videbimus vid. *l. 7. §. 2. & 3. de
injur.* Et infinitum foret, si omnes hujus odiosae actionis
qualitates singulares coacervare vellemus. Sufficit, vel ex his
constare, illam ad meram tendere vindictam.

§. 13. Secundum Imperatorem vero in *§. 10. l. cit. de o-*
mni injuria possum agere vel civiliter vel criminaliter. Civi-
liter agitur, quando actor poenam sibi applicari pedit. Cri-
minaliter quando poenam fisco applicari vel a magistratu cor-
poralem infligi petit. Utrinque id quidem intenditur ut vin-
dicetur injuria, sed tamen cum hoc discrimine, ut, quando
criminaliter agitur, simul coercitio publica concurrat, licet
per illam coercionem publicam vindictam, & ultionem su-
am querat, ceu cap. seq. fusius, docebitor.

§. 14. Cæterum & Lex Cornelia actionem injuriarum
introduxit in certis casibus comprehensis in *§. 8 Inst. de injur.*
ubi itidem ad poenam seu vindicandam injuriam agitur vel
civiliter *l. constitutionibus 37. §. 1. ff. de injur.* vel criminaliter,
l. Hos

REMEDIORUM VINDICANT. INJUR.

31

1. *Hos accusare. 12. inf. de accusat.* Unde ratione finis a priori non differt, tantum in duratione discrepanti, occurrit. Cum enim prior aestimatoria sit Prætoria pœnales, hinc anno inclusa est; ast hæc ex lege descendens civilis est, & hinc inter perpetuas optimo jure refertur vid. Lauterb. ad tit. de injur. præsertim cum hæc actio priuata sit non publica. 1. 42, §. 1. de procur.

§. 15. Cæterum & de vindicandis, famosis libellis criminaliter agi permisum, & pœna quidem ibi pro diversitate temporum varia. Quin cum hodie in criminibus judex ex officio procedere & inquirere posit, alicubi receptum est, ut ad denunciationem injuriantis magistratus inquirere & injuriantem legitimis pœnis coercere posit, quod Potentissimus Elector Brandenb. Constitutione provinciali sancivit, de qua infra.

§. 16. Moribus varia accessere remedia ad vindicandas injurias introducta. Scilicet maluerunt Christiani vindictæ cupidum animum hic efficacius ostendere, quam ipsi Ethnici, qui licet remedia quædam concesserint, ita tamen eadem restringerunt, ut omnibus appareret, maxime hæc odiosa fuisse, ut Christiani revera deteriores ipsis Ethnicis videantur, dum pluram remedia vindictam spirantia introduxerint, & usu approbarint, cum tamen merito etiam illa quæ ab Ethnici ad nos cum corpore juris sunt translata, restringi vel plane eliminari debuissent.

§. 17. Hodie scilicet vindicantur etiam injuriæ, quæ famolis verbis illatæ per actionem ad Palinodiam seu recantationem injuriam auff den Wiederruff hæc sub prætextu, ut injurians verba famosa reclamet & injuste eadem a se prolata fateatur, læsamq; ita quodammodo existimationem secundum vulgi opinionem aperte restituat injuriato. Dn. Hoppius ad § 7. I. de Injur. Approbata hæc actio est in R. I. de An. 1530. §. item auff

ib



iz ehliche Zeit her & in ordin. Camer. Imper. p. 2. tit. 28. vers.
und sonderlich segen.

§. 18. Sed hoc remedium merito est cruciabile. Tot
enim fluctus hactenus peperit, ut revera tantum de illa certa-
tum fuerit inter eruditos, quantum de magna provincia inter
principes solet. Movit scilicet vindicta cupidus animus hanc
quæstionem in foro; annon hoc remedium jungi posit cum
remediis civilibus pœnaliibus ut scilicet vindicta habeat am-
plissimum campum, quo suum furorem & virus evomere &
disseminare possit. Putarunt vero hanc quæstionem depen-
dere a præjudicialia alia: num hoc remedium tendat ad pœnam
an vero ad rei persecutionem?

§. 19. Pauci certe hanc actionem pœnalem esse contem-
dunt. Plerique rei persecutoriam, suspicor ex eo fundamento
ut ipsa eo citius ab omnia injustitia liberetur, quasi non ten-
deret ad vindictam & sub prætextu persecutionis ejus quod
debetur salva (scilicet) conscientia a quolibet Christiano pos-
sit institui. Imo accedit & illa ratio quod ita cumulari cum
æstimatoria possit, cum sic haæ actiones ad diversa tendant, &
ita ultor animus eo rectius finem suum consequi possit.

§. 20. Audiamus fundamenta utriusque sententia. Nam
de ejus Injustitia cognoscere non possumus, nisi naturam ejus
optime cognitam habemus. Qui illam annumerant actioni-
bus rei persecutoriis, mirifice produnt, quis conceptus vulgo
de honore habeatur. Dicunt enim recantationem esse resli-
tutionem famæ ablata propter læsionem, factam in bono ex-
tero illo fortunæ maximo, restitutionem autem rei pœnam
non esse Hahn. ad W. tit. de injur. n. 18. ubi inter alia ita phi-
losophatur: *Palinodia non solum concernit merum privatum in-
teresse seu juri partis b. e. restitutionem famæ & honoris, adeoque
nec publicum interesse magistratus sed NB. nec vindictam ullam
habet in actore, qui saltim petit sibi restitui honorem (perinde
ut qb*

REMEDIORUM VINDICANT. INJUR.

33

ut ob furtum petitio rei ablate restitutio) quod pœna non est sine magistratum resprias, sive actionum sed damni per injuriam verbalem illati verbis facta compensatio. Hinc porro addit restitutioem in materia delictorum stricte denotare redditionem illius, quod per injustam laſionem saltim materialiter ablatum est.

S. 21. Non obstantibus tamen hisce rationibus ipse summus Ictus ab initio fatetur, in rei veritate honorem non esse ablatum vel laſum per injuriam, ideoque nihil vere restituī. Imo petitionem illam injuriati pro restituzione sui honoris rei veritate tendere saltim ad declarationem famæ illæſe potius, quam ad redintegrationem offensæ existimatōnis. Quomodo vero hæc coharent? Scilicet ut quæ in hoc S. adducta, ex rei veritate dixerit: quæ vero in §. antec. adduximus, maluerit explicare secundum commune præjudicium & errorem vulgi.

S. 22. Incedit eadem via ipse Bachovius ad Treutl. vol. 2. d. 30. tb. ult. lit. a. inquiens. *Licet fama vere non ledatur, neque adeo restitutiōni locus & revera actio NB. ad vindictam esse videatur, ideoque nulla hoc respectu cumulatio: attamen vulgi opinione perinde habetur atque si fama leſa per recantationem restitueretur.*

S. 23. Concedunt ergo Doctores 1) famam & honorem per alterius injuriam nec lađi nec auferri. 2) restitui hic nihil posse, cum nihil ablatum sit, 3) in rei veritate ad vindictam hanc esse comparata. Interim judicant ex vulgi opinione & rem bellissimo prætextu incurstant. Ita revera factum ut in hoc passu Jurisprudentia nostra omnia ratione aliena fuerit, præferens opiniones insulsissimas vulgi ipsia rei veritati. Si dicendum quod res est, sub hoc nobilissimo restitutioñis nomine & involucro latiat horrendum vindictæ venenum, quam exercent, qui incepte famam sibi per palinodiam restitui pe-

E

tnut.

tunt. Qui saltim hominis naturam interius considerat, deprehendet, ambitioso nihil magis adversari, quam dicere se injuste fecisse, sibi ipsi publice coram judice mendacum imputare, veniam ab eo petere, quem hactenus hostem habuerit, & quidem coakte se hosti ita quasi submittere. Et quia jam vindicta eo maxime tendit, ut ægre faciamus ei, quem hostem habemus, hinc meo quidem judicio gravior hæc plerisque hominibus vindicta videtur, quam si pecunia in actione æstimatoria loco pœna solvatur, nisus forsan hominum intime avarum supposueris, qui ab ambitione non adeo ducatur. Hanc tam ægre homines ad Palinodiam progredi, experientia teste comprobatur.

§ 24. Sed dicas: non debemus supponere præcise homines pessimos, sed probos, qui facile ad recantationem moveri poterunt. Sed quinam sunt illi probi, qui injurias in alios evomunt, qui rigide vindictam exercent, qui absque coactione judiciali satisfacere vel deprecari injurias nolent. Certe quamdiu in hac materia cum hominibus vindictam spirantibus & alios injuriantibus nobis res est, non piros non probos sed tales supponere debemus, qui vera pietate & sapientia delitui sunt.

§. 25. Unde non satis mirari possum quod summus illustris Hahnus tam laboriose opinionem illam vulgi rationibus conquisitis magis stabilire, quam enervare voluerit. Sane quam facit comparisonem intet restitutionem rei furto ablatæ & famæ, nulla est. Ibi revera aliquid ablatum: Hic nihil. Sed urges: habetur tamen ex opinione vulgi ac si ablatum esset. Num vero tu fanatico cuidam asserendi sibi caput & brachia esse amputata credes, eo ipso, quod per morbum animi ita ipsi videatur? Num insanire licet cum insanis? Imo quod magis est, num febricitanti, cui omnia amare videntur, sanus, cui dulcia illa sunt, recte rationibus multis persuas-

REMEDIORUM VINDICANT. INJUR.

35

persuadebit, esse omnino amara vel posse admitti ut sint amara.

§. 26. Deinde posito quod ex opinione vulgi honor ablatus, videatur vel saltim supponatur, quomodo tu inde evinces, hanc actionem esse mere rei persecutoriam? JCtus in l. 35. pr. ff. de O. & A. dicit: *illa actiones rei persecutionem continent, quibus persequimur, quod, NB. ex patrimonio nobis abest.* An ergo honor in commercio tuo & patrimonio est?

§. 27. Sed instat postea alio argumento: *Redditionem inquiens, illam honoris fieri per Palinodium indubium est, quia qui recantat injuriam, fatetur se injuste convitum dixisse & verbis contrariis honorem retribuit.* Gemina hisce fere tradit B. Struvius de Vind. privata c. 10. apb. 6. n. 8. in f. inquiens: *Eodem principio innituntur actio ad Palinodium, ut nimisrum is honorem externum debitum, quem alter denegavit, rursus exhibeant.*

§. 28. Verum rursus petitio principii est, an is, qui negat honorem externum, honorem ei auferat? Si hoc, levissimus quilibet nebulo mei honoris externi erit dominus & arbiter ut ita loquar. Deinde qui coacte, imo sape per os Carnificis mihi honorem exhibet, num is dici potest, me honore affecisse? Cur vero non, inquis, cum & coacta restitutio rei ablata sit restitutio. At ingens discrimen inter restitutionem rei ablatae & exhibitionem honoris. Qui me honorat coacte, is sane revera incidat, se male imo pessime de me sentire, & revera in animo convitiandi subsistit. At tamen, instas, ita inter homines receptum est, ut & sic honor videatur restitutus moribus autem aliquid indulgendum. Haud quidem id diffiteor, sed eo ipso tamen agnoscis stultitiam hominum, & revera nihil hic agi. Mores inepti & qui nullo modo cohærent sunt irrationalibes.

§. 29. Quid ergo denique de hoc infausto partu morum Christianorum fiet? Si enim iuris est rei persecutoria, erit si-

E 2

ne du-

ne dubio poenalis. Noui hanc sententiam esse Carpzovii p. 4. *Conf. 46. def. 16. & ult.* & in saxoniam illam esse approbatam & quidem si rem ex vero aestimare volo, hanc ipsam magis puto cohædere. Dixi jam in §. 23 reuera per actionem ad Palinodiam quæri vindictam, & simulate saltim peti restitutionem famæ. Jam actio ad vindictam unice tendens poenæ quoddam genus involuit. Opponi quidem solet, quod actio poenalis sit, qua agitur ad poenam corporis afflictivam vel mulctam fisco vel parti inferendam, quæ definitio tamen non videtur hic posse applicari. Hahn, *ad W. cit. I.* Sed dubito an definito hæc totam exhaustiat naturam actionum poenialium. Sicuti enim illæ actiones sunt rei persecutoriæ, quibus persequimur, quo ex patrimonio nobis abest. *I. 35. pr. ff. de obl. & Act.* ita poenales erunt, quibus non persequimur, quod nobis ex patrimonio abest, sed quod aliunde per legum autoritatem rei coercendi ergo nobis debetur. Dn. Hopp. *ad §. 18. f. de Act.* Jam infero: per hanc actionem non quæritur id quod nobis ex patrimonio nostro abest, nihil enim abest, sed nuda coercitio seu vindicta. Nec obstat quod hæc poena in jure non reperiatur, debetur enim moribus, qui legis vim habent.

§. 30. Porro, si supponamus, hanc recantationem fieri in loco publico, & plerumque cum ignominia quadam conjunctam esse, dum verberare palma os, actoremque depescari reus cogitur, saepius interuenire carnificem, qui reo recantationem recusante hunc actum loco ejus quasi celeberrare debet, quid aliud dicemus quam hunc actum satis acerbum poena sensum habere? Solet enim hoc in casu non raro ita pronunciari. Dass bekl. für gehegten hochnothpeinlichen Hals-Gerichte / in des Volkes Versamlung / dass er an Klägern bößlich und unrecht gethan habe / benebest Wiederruffung aller solcher eingeflagten Lästerung zu bekennen/ und

REMEDIORUM VINDICANT. INJUR.

37

und öffentlich abzuvitten/ auch ein falsches boshaftiges Lügenmaul mit einem starken Streiche selbst abzustraffen schuldige. In fall er sich dessen wegerete/ wird ihm der Scharfrichter/ welcher in seinen Nahmen den gefassten Widerrauff öffentlich verlese/ und ihm hernach einen harfen Mausstreich gebe/ an die Seite gestellet. Excell. Dn. Bonin. disp. de abuf. ultimat. & moder. injur. §. 15.

§. 31. Deterior ergo hæc actio videtur ipsa civili æstimatoria, qua aperte conffitentur partes, uti post videbimus, se agere ad vindictam, hic vero illam variis prætextibus in crustant sibi & aliis imponunt & sub hac larva æquitatem aliquam singularem venantur, quam, dum injustitiam ejus excutiemus, ipsi detrahheremus necesse fuit.

§. 32. Præter hanc Palinodiam aliquando decernitur. Declaratio eine Ehren-Erfährung/ vel deprecatio eine Christliche Abbitte. Illa quidem, si verba injuriosa dubia sunt, nec satis constet de animo injuriandi. Hæc, si verba quidem certa, injuria tamen levior.

§. 33. Habet quidem etiam hæc nomen satis speciosum, sed naturam verae deprecationis Christianæ non habet, cum illa ex sincera cordis poenitentia deducenda sit, hæc vero plenumque fieri dicis gratia, ut ita loquor, daß der Beleydigte mir satisfaction heymme. Adeoque rursus sub nomine hoc, nisi me omnia fallunt, ulti animus latitat. Non enim injuriatus tam ideo urget deprecationem, ut eo ipso emendationem & poenitentiam injuriantis promoveat, sed ut sibi satisfactionem querat. Unde nec admittere solent deprecationem in scriptura, quia hæc facilius impetrari posset a reo; sed ore tenus est facienda, quæ confessio ordinarie magis rancorum & odium confirmat, quam tollit. Adeo omnina de pravata contorto & infrunita sunt, licet exterius speiem quandam virtutis habere videantur. Evidem Depre-

E 3

eatio-



cationem pœnam non esse vulgo asserunt, sc. ex iisdem fundamētis ex quibus alias recantationem pœnam esse negant vid. Mev. 6. decif. 88. & hic vulgo pœnam pecuniariam cum deprecatione conjungi posse concedunt. Verum vindicta hisce sub prætextibus non purgatur, & quod ad hanc honorabilem emendam tendat, magis opinionem quam veritatem habet.

§ 34. Denique agmen claudit remedium aliquod extra-judiciale, scilicet retorsio injuriarum, quæ definiente Struvio de *Vind. priv. c. 10. apb. 5.* est vindicatio, qua injuria verbali affectus regerendo verbis injuriam in affluentem honorem defendit. Jure Justinianeo certe hoc monstrum nefandum incognitum, & credo ipsos Ethnicos abhoruisse ab hac profana philosophia, qualis postea inter Christianos tenuit primum locum & haec tenus non tantum tolerata, quin approbata & defensa est.

§ 35. Non vero adeo mirum, quod publicos defensores habuerit, cum tam egregie præceptis Philosophi natεξοχὴν talis conveniat. Ille autem 2. Rhet. 2. ἀντιποίησες δὲ υπέρσηστος τιμωρούσας, referentes injuriam non afficiunt injuria, sed eandem vindicant. & lib. 5. Eth. cap. II τὸ ἀντίποιον, σδῶνει ἀδίνειν, qui quod passus est idem vicissim facit, non videretur injuriam facere. Habemus ergo hic propriam confessionem Philosophi sacri, quod licet alter, contra quem retorsio facta est, non possit queri de injuria sibi illata, retorquens tamen vindictam exercuerit.

§ 36. Sed statim responsio parata, quod quidem regulariter vindicta sit illicita, sed hæc licita, cum sub autoritate publicæ approbationis fiat. Semper tamen nova dubia hic se se exserunt, quæro enim num clypeus autoritatis publicæ conscientias a morsibus & ictibus illibatas conservare possit, cum sciant, vindictam tam severe esse Christianis prohibitam, impri-

REMEDIORUM VINDICANT. INJUR.

39

imprimis vero convitum convitio reponere i. Petr. III,
9.

§. 37. Ut huic dubio satisfaciant, distinguunt inter vindictam, quæ in alterius dolore acquiescit: & inter talem, quæ defensionem continet. Illam esse illicitam concedunt: Hanc vero juri omni conformem, cum non nocendi sed defendendi animo fiat, tam enim favorablem defensionem reddunt, ut eam nec Diabolo dicant denegari posse: Unde & sine dubio retorsionem tanquam defensionem necessariam ipsi credi debere, tacite videntur innuere.

§. 38. Ut vero hanc celebrem distinctionem illustrent, refugium querunt in moderamine inculpatæ tutelæ, quod vim vi repellere licet, imo hoc præceptum sit! 3. ff. de J. & J. ergo etiam verbaverbis, inde notum celebre illud Brocardiū: fama & vita parì passu ambulant. Imo si ita defensio rerum nostrarum licita est, cur non etiam famæ, Struv. de Vind. priv. c. 19. apb. 6. n. 19. Et hæc distinctio Struvio c. l. n. 24. tam altas radices omnijure egisse dicitur, ut frustra sit, quicunque eam nitatur evellere.

§. 39. Sed hactenus fundamentum certum in hac distinctione invenire non potui. Novi defensionem in casu necessitas adhibitio moderamine inculpatæ tutelæ esse licitam, & hanc vindictam eatenus aliquando appellari, quatenus absque judice offensionem injustam a se repellit. Sed in applicatione aqua hæret. Ideo enim invaso hæc defensio licita est, quod in tali necessitate constitutus sit, ubi copia judicis haberi nequit, nec aliter periculum effugere potest, quam hac violenta defensione. Ast in injuriis longe diversa rerum facies. Ibi 1.) cessat necessitas talis 2.) copia judicis haberi potest 3.) revera periculum rale non non imminet, ob quod defensio permissa est. Imo defensio sit pro avertenda injuria, quæ imminet: retorsio vindictam continet ejus, quæ jam illata est.

In con-

Incongruum est nomen defensionis, ubi termini defensionis cessant & res non amplius est integra.

§. 40. Nec magis concludis argumentum a defensione rerum petitum. Hactenus ibi dicitur adesse defensionis in continentis spolianti res iterum auferatur. At hic sunt termini habiles 1.) revera quid ablatum est 2.) id quod ablatum est per hanc qf. defensionem recuperarur 3.) sola intentio in recuperando domino consistit absque vindicta. In retorsione plane diuersa ratio. Sicuti enim ibi nihil aufertur nec auferri potest, ita nec aliquid recuperatur, sed ista retorsio unicam contempsisse dissimulando. Unde valde dubito an hac distinctione satisfecerit Rennemanno aliisq; B. Dn. Struvius Conf.
Ungepaur. exerc. Iust. 13. qu. 10.

§. 41. Evidenter alii hic pro defensione retorsionis afferunt, potuisse magistratum demandare partes suas in vindicandis injuriis priuatis, ut hinc retorquens vindictam non suo nomine exerceat, quam potius publico & sic ad vindictam publicam haec species referenda videatur. Sed revertantur videtur. Elegans certe prætextus, quo ultorem aerae vindictæ vixin oculos incurat. Nam alia est ratio vindictæ publicæ, quæ proprie poena est, & hanc magistratus vi offici imponit, absque animo nocendi, absque cupiditate ulcisciendi, quod quidem regulariter fieri debet licet, non semper fiat. At quis talem animum & mentem in priuato qui sibi honorem a temerario injuriante ablatum existimat, & sic fremit iracundia & dolore nimio fere trepidat, concipere potest? Num putandum est Leges magistratus vices demandare voluisse furioso, qualis plerumque iracundus & qui Jacturam se honoris fecisse vane arbitratur? Num præsumendum sunt Leges aliquem voluisse constituere judicem in propria

REMEDIORUM VINDICANT. INJUR.

41

pria causa, ubi imprimis affectibus indulget, nec justum & æquum observare potest. Specula hæc sunt & larvæ, quibus deterrentur infirmæ mentis qui sunt.

§. 42. Revera ergo, ut dicam quod sentiam, retorsio unice vindictam intendit, non defensionem, quæ nullo modo hic concipi potest. Quamvis itaque vulgo protestentur aliqui, ut ait Rennem, de jure Retort. p. 2. tb. 6. lit. a. quod hanc retorsionem cum vindictæ studio conjunctam nolint, protestatio tamen illa facto contraria est, quod nulla retorsio, pro ut illa vulgo recepta sine vindicta neque fangi neque pingi possit.

§. 43. Si jam illa, quæ hactenus fusius declaravimus conferamus, appareat, in omnibus remediis ad vindicandas injurias comparatis concurrere vindictæ studium, imo omnes tendere ad vindictam, quibusunque demum palliatur prætextibus. Nec excipio criminalem, s. ubi criminaliter agitur: licet enim ibi poena non applicetur actori, sed fisco: revera tamen per hoc ipsum vindico injurias, nec id principaliter intendo, ut ipse tanquam delinquens puniatur. Nam hic vel sola denunciatio sufficeret, de qua postea pluribus.

§. 44. Hisce prælibatis jam status controversiæ erit hic, an actiones injuriarum hactenus recensitæ conformes sint veræ & solidæ justitiæ, ut salva pietate & regulis Christianismi a quævis Christiano qua tali institui possint, ut conscientia tranquillamaneat, adeoque hic nulla differentia supersit a cæteris actionibus, quæ salva conscientia institui possunt? Et hoc quidem intrepide nego cum summis illis I Ctis §. 31. seqq. allegatis. Imo putto actiones injuriarum, Indoli Christianismi, Legibus divinis, regulis Philosophiæ, præceptis prudentiæ, rectæ rationi, ipsis Philosophorum Ethnicorum sententiis praxi primitivæ Ecclesiæ & denique toti sacrae Scripturæ adversari, omniaque argumenta, quæ pro illis excusandis adduci solent, esse petita ex pseudo-sapientia & funesta persuasione vulgi.

F

CAP.

42 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIARUM

C A P U T . IV.

De Actionibus injuriarum indoli Christia-
nismi adversantibus.

C O N S P E C T U S .

- T ransitus ad probationem in- Obstat, Christum voluisse, ut de-
justitie §. 1. licta punirentum §. 14.
Indoles Christianismi in amore Impie facit, qui in actione inju-
ponitur §. 2. riarum petit pœnam pie cause
Qualitates amoris varia §. 3. applicari §. 15.
seq. Nibilominus vindicta supereft
Singularis proprietas in diligen- ubi agitur criminaliter §. 16.
diss hostibus §. 5. Objicitur: absque his actionibus
Repugnat illis proprietatibus magistratus non vindicat in-
actiones injuriarum §. 6. juriis §. 17. seq.
Rejicitur vulgatum illud: Der An denuntiatio euiam ad vindi-
Person Freund / der Sa- ctam tendat §. 19.
chen Feind §. 7. Respondetur ad argumentum,
Distinctio inter vindictam ma- delicta itamanere impunita
teriale et formalem, rejici- §. 20.
tur non obstante consensu Objectio, quod de delicto priva-
Theologorum §. 8. seq. to non possit inquirere magi-
Sensus distinctionis supra allata stratus §. 21. seq.
eruitur §. 10. Ordinatio Saxonica inquisitiones
Non posse separari rancorem ani- in injuriis probibet §. 23.
mi ab hac actione sicut in cæ- Contrarium de aliis provinciis
teris processibus §. 11. ex Saxoniam afferitur §. 24.
Unde communis error profluxerit §. 12. Limitatio ordinationis Saxonica
Christi doctrina repugnat hac Brunnenmann sententiade inqui-
distinctio §. 13. sitione in quavis delicta §. 26.
Pro-

INDOLE CHRISTIANISMIS ADVERSANT.

43

- | | |
|--|--|
| Probatur ex principio juris Ci-
vilis magistratum tenere ex
officio inquire in delicto & §.
27. | rum actionum §. 37. |
| Objectio: quod Christianismus
non tollat jus qualitatum &c.
§. 21. seqq. | Respondetur ad objectionem, jus
Civile Romanum hic in par-
te non debuisse recipi. §. 38. |
| Actiones injuriarum fini Reip.
repugnant quodammodo §. 31. | Objectio, quod ita omnes actio-
nes penales esse debeant in-
justae, resolutur. §. 39. seqq. |
| Argumentum a publica receptio-
ne & probatione est nullum
§. 32. | Argumentum a licentia bellandi
resolutur §. 43. seqq. |
| Respondetur ad illud dubium,
quod judicia sint ordinatio
Dei §. 33. | Grotii argumenta de belli licen-
tia pleraque hic non obstant
46. |
| Distinctio inter publicam appro-
bationem, & praeceptum §. 34.
seqq. | Argumentum aliquod Grotii re-
jicitur §. 47. seq. |
| Pruritus vindicandi injurias ex-
torsit actiones injuriarum,
quod probatur ex historia ha- | Rejicitur Grotii interpretatio de
alapa §. 49. |
| | Christum non loqui hic compara-
tive, ostenditur §. 50. |
| | Ostenditur eo ipso non negari ju-
ra Majestatica §. 51. |

§. I.

Uitaque id ipsum quod capite antec. §. ult. dictum, jam
ex legitimis demonstrem fundamentis, singula mem-
bra hactenus recensita sigillatim enucleabo, simulque
communia illa praejudicia ab initio statim notata removebo,
quatenus obstatre visa fuerint.

§. 2. Repugnat ergo (1) Inde Christianismi. Indolem
Christianismi tota Scriptura sacra collocat in vinculo amoris,
fundati in amore ipsius Dei, qui ipse amor est i. Job. IV. 7. adeo
ut qui in hoc vinculo non subsistit sed illud perrumpit, non di-
catur manere in Deo vers. 16. qui enim fratrem suum odit,

F 2

nec



44 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

nec Deum amat *vers. 20. & 21.* Hinc Christi preceptum, amor.
Job. XIII. 34. XV. 12. & veri Christiani sunt a Deo didactoi eis τὸ
ἀγαπᾶν ἀληθῆς. *I. Theff. IV, 9.* Sicuti jam amor opus voluntatis & cordis est, sequitur, ut vero unio Christianorum non in conceptum sed voluntatum convenientia & unione quaerenda sit.

§. 3. Qualitates & attributa hujus amoris passim quoque inculcantur. Summatim & nervose gentium Doctor *I. ad Timoth. I. 5.* hisce includit membris, ut amor debeat esse εἰν καρδίᾳ παρδίᾳ (ex puro corde, quod impura vindicta impuro odio & impuro amore hujus mundi *I. Job. II, 15.* non scatet) οὐ συνειδήσεως ἀγαθῆς ex bona conscientia, non simulata, lata aut tali, qualem etiam peccatores se habere putant & sui ipsorum impostores sunt) οὐ πίστεως ανυποκρίτε (ex fide sincera, infuscataque, quatenus scilicet opus cordis est, non quatenus cerebrina) Amorem erga Deum ipse Salvator delineat secundum vestigia veteris testamenti *Mattb. XXII. 37.* Conf. imprimis B. Arndtius *de Vero Christianismo lib. I. cap. 24. 25. 26.*

§. 4. Sed & sigillatim eas consideremus praeunte eodem Paulo *I. ad Cor. XIII. 4. seq. 1)* Prædicatur de amore μακροθυμίᾳ & mansuetudo, quæ nos reddit idoneos ut æquo animo alterius defectus & injurias ferre posimus. 2) οὐ γλοττί, Sie eyffert nicht. Hinc ultiōnem omnem a se alienam putat. 3) Non agit perperam falsos prætextus quærendō ut modo libidini suæ satisfaciat, sed unice amore Dei innititur. 4) οὐ φυσισταὶ non inflat. Humilitatem sequitur, φιλανθράν de seit, nihil sibi attribuit. Inde nec causam se ulciscendi vel vindictam quærendi in se habet, cum vindicta ob honoris contemptum partus ambitionis funestus sit. 5) Inde jam porro sequitur alia affectio, quod non sit ambitiosa οὐ ἀχρηματί Sie stellest sich nicht ungeberdig wie die Zornigen störrigen ungedultigen Köpfe thun ut addit B. Lutherus in Glossa.

Hinc

INDOLI CHRISTIANISMI ADVERSANT.

45

Hicce ergo hominibus unice propria est vindicta. 6) Non respicit proprium commodum. In eo amor fusi & irrationalis cognoscitur, quando amorem aliis exhibemus propter proprium commodum. Talis est amor hominis naturalis, seu qui adhuc tribes illis furiis, ambitione, avaritia & voluntate ducitur captivus. Sic ambitiosus vel avarus, ubi injuria afficitur, ex qua vel in honore vel in bonis suis damnum metuit, amorem deserit, imo odium gravissimum gerere incipit, unde tandem studium vindictæ oritur. 7) ἐπαροξύνται non irritatur, nec in paroxysmum, ut ita loquar, incidit. Hinc injuriis non commovetur, sed omnia æquo animo fert. 8.) Non cogitat malum nec dicit cum vulgo Ich will es Ihn zwar vergeben/ doch nicht vergessen. 9) Non gaudet in inuidia, sed in misericordia potius intima tangitur, si videat hominem ira æstuantem vindictam quarentem. Unde nec consilia pro vindicandis injuriis suppeditat, nec auxilio vindicanti est. 10) Congaudet veritati, non theoreticæ, sed practicæ. Novit non sufficere scire plures veritates, sed demum facere veritates. 11) πάτερ σύει, πάτερ ὄντος είσαι omnia suffert, omnia sustinet. Hinc patientia imprimis sese exserit in amore, quæ in eo maxime cognoscitur, quod offendentes æquo animo ferat, reconciliationem querat, remittat injurias, nec prætextu juris vindictam spiret. Sed de hac virtute specialiter postea. 12) Denique omnia credit, omnia sperat h. e. credit illa quæ in meliorem trahi partem possunt, hinc & sperat meliora. Conf. B. Arndius *de Vero Christianismo lib. 1. c. 30.*

§. 5. Consistit ergo, ut contraham hactenus dicta, Christianismus in ferendo, patiendo, remittendo, misericordia, humilitate & puro corde. Et hic amor infuscatus non tantum debetur ei, qui nos mutuo amore prosequitur, sed etiam hostibus. Christus inquit Matth. V, 44. Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus, benefacie odio prosequentibus

F 3

vos,

46 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

vos, orate pro illis qui vos offendunt & persequuntur. Hic ascendit amor, & rationis dictamen fere transcendent. Diligere eum qui me non offendit, virtus laudanda: sed in eo virtus Christianorum elucet, quod hostes, inimicos, offensores diligere imo iis benefacere debeamus.

§. 6. Qui jam sincere secum agere cupit, nec sui ipsius impostor fieri, examinet quæso remedia illa injuriarum & cum hactenus dictis conferat, & deprehendet, omnino illa indoli Christianismi repugnare. Vindicans certe injurias magis suam satisfactionem, quam alterius coercionem querit, imo si alterius coercionem querat, magistamen hoc facit, ut cupiditatem vindicandi expleat. Certe in hisce remedis prosequendis nulla mansuetudo, nulla *ἀρεγνοτία*, quin potius contrarium deprehenditur; dicit enim, er habe die *Injurie zu beschwerten Gemüthe gezogen/ non se dissimulasse eam i. e.* er habe es ihm nicht vergeben können/ er wollte lieber so viel aus seinen patrimonio verliehren/ als diesen Schimpff auff sich sizen lassen. Hinc exultat omnis humilitas, patientia, quin in flatum ambitiosum se ostendit, cogitat malum, παρέξυνται, & pertinaci mente satisfactionem, vel ut stylo vulgari quamvis hypocritis proprio, utar, jus suum persequitur.

§. 7. Ubi vero est benedictio? ubi beneficiorum exhibito & realis amoris præstatio inimicis debita? Imo dicunt, der Person Freund/ der Sachen Feind. Vulgatum, sed ineptum dicterium! Permittas amice, ut explicationem hujus proverbii tibi sistam. Scilicet is quidem sanus & verus sensus esse potest, amandum esse inimicum, non vero amanda vitia ejus: ast hunc non fert communis interpretatio; illa enim facit abstractiones insulsissimas, abstrahens vindictam a vindicta, odium ab odio. Quid vero ineptius? Putat se posse amore eum persequi, adversus quem remediis injuriarum utitur. Et tamen amor & vindicta sunt opposita. Optime respondet

INDOLI CHRISTIANISMUS ADVERSANT.

47

spondet ad hoc vulgatum Hoppius ad §. 12. ff. de injur. Nihil
rei persequimur injuriarum actione, sed nude vindictam petimus:
 atqui vero hæc uon nisi in personam poterit esse directa. At ve-
 ro instar dissentiens, ego non vindictam quero, sed causam ju-
 stitiae commendo. Quid vero est illud, die Sache dem Rech-
 te über geben? Scilicet illa desiderare & appetere, quæ jus ci-
 vile simili in casu adjudicare solet. Quid autem adjudicat?
 Vindictam. Si enim hanc non appeteret, cur coninuat pro-
 cessum? cur non remittit injurias?

§. 8. Sed nova distinctione paratus est adversarius, inqui-
 ens: distingue ergo inter vindictam *formalem* & *materiale*.
Formalis est amori adversa, quia rancore & odio animi re-
 pleta est & unice exinde fluit & in eo acquiescit. Contra hanc
 pugnant prædicta supra amori attributa. Ast materialis vin-
 dicta nihil injusti habet. *Liberti* est ab omni rancore animi,
 odium deponit, nec alterius conversationem, quatenus juri
 suo non præjudicat, respuit, sed tantum jus suum Legibus
 quæsitum persequitur. Ut ecce! positivum Jus injuriato dat
 jus & facultatem persequendi injurias, idque vel agendo ad
 æstimationem vel m̄hi applicandam vel fisco aut etiam piæ
 causæ, vel agendo ad palinodiam, & hæc vindicta est materia-
 lis, si rancore & odio destituitur.

§. 9. Recte; scilicet, si asinus volat, habet alas. Ergo e-
 tiam hic distingue inter asinum volantem materialiter & for-
 maliter, *Formaliter* volat, si habet alas, *materialiter* vero si
 alas separe ab eo. Quas nugas committis amice? Forsan ex
 ungue Leonem? Sed audio te provocare ad auctoritatē quo-
 rundam Theologorum, quod hi in suis Systematibus, casibus
 conscientiæ, consiliis Theologicis, decisionibus, &c. semper
 eadem distinctione utantur, & Christi dicta de amore patien-
 tia & odia ita explicit. Sicuti autem cui libet in sua arte cre-
 dendum est: ita & Theologis in explicatione S. Scripturæ, pe-
 ritio-

48 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.
ritioribus quippe. Ego vero non credulus illis. Quid enim
ad me Glosæ horum Theologorum? Sectariorum ista vox est,
non verorum Christianorum. Novi Scripturam dixisse: pro-
bate Spiritus: non: sequimini incaute tradita hominum. Et
valde insulse allegatur communis ille canon, quod cuilibet in
sua arte credendum. Scilicet id unice, qui fidem carbonariam
introducere cupiunt, agunt, ut talibus ineptis & papizantibus
armis pugnant. S. Scripturas scrutemur non ex Glosis Do-
ctorum, sed illo modo, quem Deus præscriptis. Abusum hu-
ius Regulæ absurdæ luculenter demonstravit Dn. Thomas, de
fide juridica c. 2. §. 55. Et, Deo sit gratia, quod hæc propositio
non sit universalis, sed adhuc inveniantur Theologi pii, fin-
ceri, & unice unicum illud necessarium intendentes, quia aper-
te hanc distinctionem injustam rejiciunt.

§. 10. Scilicet qui hanc distinctionem adhibent fictione lo-
gica utuntur, cuius hæc natura est, ut nec primam partem pro-
positionis hypotheticæ nec secundam seorsim consideratam af-
firmet. Dn. Thomas. *in Jurispr. div. lib. 1. c. 4. n. 38. lit. b. in not.*
Idem enim est ac si dicerent: *Si ab injuriarum actione vindictam*
separare potes & rancorem animi, Christianismo non est adversa.

§. 11. Imo vero, inquiunt, non asserimus posse rancorem
animi separari ab actione injuriarum, sicuti a cæteris proces-
sibus, nec hypothetice tantum illud indulgemus? Verum hoc
oppido falsum est. Nec juvat instantia ab aliis processibus.
Ibi enim non agitur de vindicandis injuriis, sed ibi rancor a-
animi ex accidenti supervenit. Possum petere a Titio debi-
tum meum, salvo de cætero amore ipsi debito, quamvis ma-
gna perscrutatione cordis hic opus sit. vid. Balduin. *in Caf.*
confident. lib. 2. c. 12. caf. 4. Sed in actionibus injuriarum unice
quæritur vindicta, ceu in superioribus demonstratum est, non
aliam res, uti in reliquis actionibus. Hinc cum jura quoque
nostra in eo consentiant, remitti injurias, per amoris concor-
diaque

INDOLI CRISTIANISMI ADVERSANT.

49

diæque præstationes mutuas, non ex necessitate & officii ratione profectas sed ex intimo affectu, quia norunt ibi cessare animum vindictæ cupidum, hinc cavent maximæ injuriati, ne se ejus modi familiaribus committant cum adversario conversationibus. Sed ibi liquido peccatur contra Christi præceptum §. 5. expositum ex Matth. V. 44. Ubi enim illa benedictio, ubi beneficiorum hostibus exhibetio, ubi amor ex fide infucata? conf. Dn. Stryk. de Jure Sens. diff. 9. c. 4. n. 24.

§. 12. Scilicet si fides in cerebro consisteret & nudis speculationibus, si remissio offenditionum posset erui, ex nudis cogitationibus & operatione intellectus, si rancor animi & odium cessaret, cogitando: *Ego hunc non amplius odio habeo. Ego depono rancorem,* Ich will es ihm vergeben/ res salva foret. Ita scilicet philosophia profana instruxit homines ut intellectu credant, ament, & remittant quicquid interim voluntas seu cor æstuet.

§. 13. Christus, summa sapientia, amorem ex puro corde, bona conscientia & infucata fide requirit. Christus cor respicit, non histriōnem illum, intellectum puto. Fidem a more vivendam, ipso actu se se exerentem injungit, non amoris conceptum, sed ipsum in actum deductum, remissionem offenditionum ipso actu se se exerentem, quin quod magis est, tacem patientiam & Humilitatem, quæ non tantum omnem vindictam excludit, sed simul conjuncta est cum insigni efficacia beneficiendi eis, qui nos injuria affecerunt.

§. 14. Christus tamen vult, regeris, ut peccata & delicta puniantur. Sed quid hoc? utrum vindictam & poenam pro synonymis habes? Commisit Deus gladium magistratui, non tibi. Euge, inquis, hoc ipsu[m] est, quo volo. Nam sic demum aestimatoria illa a Clio injuriarum, quæ civiliter agitur vel etiam illa, quæ ad palinodiam tendit, Christianismo repugnat. Minime gentium autem illa, quæ ago criminaliter ad poenam fisco

G

vel

50 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.
vel piæ causæ applicandam. Sié enim non meum quæro, sed
quod debetur Reipubl.

§. 15. Te ipsum decipiis, qui talia tibi persuadere conaris.
Pertinet hoc merito ad impietatem causarum piarum, quod
putes, te pie facere, si petas, ut poena piæ causæ applicetur.
Nam tibi oppono regulam illam vulgatam, non sunt facien-
da mala ut inde eveniant bona. Prætextum quæris, quando
putas, te bona intentione & bonum in finem hoc facere, Nam
finis dat proportionem mediis. Et nunquam finis est vere bo-
nus, ubi media mala sunt. Falsum quoque est, quod quis
possit corium farari & calceos bona intentione inde dare pau-
peribus. Nam vera causa hujus non est velle benefacere pau-
peribus, sed prætextus, vid. *Observat. select. ad rem liter. spech.*
8.2. Obs. 13. §. 35.

§. 16. Deinde quæro, quid interest, num tu poenam seu
æstimationem injuriæ secteris, an petas, ut fiscus illam sibi
applicet vel injuriam poenis corporalibus coerceat. Tu inter-
rim tuam injuriam vindicas. Ostendis saltim, te ambitiosum
esse animal, nec honorem tuum tibi esse venalem. Turpe
ducis instinctu ambitionis tuæ, lucrum ex injuria perpessa
quærere: ast hoc ipso te non purgas a vindicta. Descen-
das modo in propriam conscientiam ipsamque excutias, &
deprehendes te magis poenam querere propterea, ut tibi sa-
tisfasias, non ut delictum puniatur. Cur enim magistratu*m*
non commitris viudictam sola denunciatione facta?

§. 17. Ast, instas, ni ego persecor injuriam, magistratus
officium suum debite non facit, & sic impunitum manet de-
lictum. Et deinde, si ita rigide omnia trutinare volumus, ipsa
denunciatio tendere potest ad vindictam. Et sic quoque illa
est et intermittenda.

§. 18. Jam demum prodis mysterium iniquitatis cordis
tui. Quid ad te, si magistratus officium suum non debite fa-
ciat?

INDOLI CHRISTIANISMIS ADVERSANT.

51

clat? Nonne eo ipso indicas, e re tua esse, ut is, qui te injuria affecit, severe puniatur? Ast quid hoc aliud est, quam vindictam querere? Si magistratus non puniat delicta, ipse peccat, & tibi interim hic praetextus non praebet excusationem, & facultatem, injuriam processu ordinaria vindicandi.

S. 19. Deinde non nego posse denunciationem quoque tendere ad vindictam, praesertim cum tua causa hic agatur. Sed illud inde saltim sequitur, cautione hic omnino opus esse ei, qui denunciatione uti vult, ut scilicet sincere conscientiam suam exutiat & videat, annon studio se ulciscendi hoc faciat? Id quod ubi deprehendit, abstineat omnino ab illa infusa denunciatione, si regulis Christi satisfacere velit & conscientiam suam non fauciare.

S. 20. Nec obstat, quod ita delicta manere deberent impunita: Nam injuria aut est notoria & publice perpessa, aut non est talis. Priori casu vel sola fama sufficiet ad excitandum officium boni magistratus, ut inquirat & delictum hoc puniat, id quod si intermittat, ipsi imputatur, non tibi. Posteriori casu recte sese habet regula vulgata: De occultis non judicat Ecclesia nec magistratus, & sic soli Deo committenda vindicta.

S. 21. Novus vero te hic torquet scrupulus, dum inquis: At injuria est delictum privatum, non publicum, in delictis privatis interesse privatum versatur, non publicum. Ergo frustra a magistratu expectamus, ut is ex officio inquirat. Nam hoc demum ei incumbit, ubi ad publicum interesse de crimen publico quaestio versatur, hic enim in locum accusationis successit inquisito, Carpz. Crim. P. 3. qu. 103. n. 20.

S. 22. Sic ergo rursus fateris ingenuum, in injuria versari privatum interesse? scil. vindictam. Ergo ob solam illam confessionem propriam abstinere deberes ab ulteriori hesitacione. Concedo esse privatum delictum: sed hic jam rursus ur-

G 2

geo,



52 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.
geo. Quid ergo prætendis frustra, te non tuum quærere, sed
Reipubl.

§. 23. Deinde quæstio, superest, annon etiam in delictis
privatis hodie magistratui sit commissa inquisitio? De rapi-
na, de furto res manifesta est. Sed, inquis, illa delicta hodie
non amplius sunt privata, uti quidem injuria. Inde in Ordin.
Polit. Saxon. tit. von Justitien Sachen n. 5. diserte dicitur:
Dagegen wenn ein privatus wieder den andern in causa in-
juriarum, oder wegen anderer geringen Beschuldigungen/so
sonderlich noch auf mehrerer Beschuldigung beruhen / zu
inquiriren gebeten/ solches/ es wäre denn einer contempla-
tionē & intuitu officii inquiriret/ abgeschlagen/ und zu ordent.
Ausübung gewiesen werden.

§. 24. Sed hoc quidem in Saxonia juris est. Et hactenus
optandum, ut hac in parte major potestas judicii inquirendi
daretur. Ast in idem non aliis terris juris esse comprobatur vel
ipsa lex provincialis Augustissimi Regis Borussiorum, magistra-
tui in Ducatu Magdeburgico injungentis ut ad nudam de-
nunciationem ex officio causas injuriarum tractare debeant,
de qua in fine pluribus. Ipse B. Brunnem. in der Anleitung
zur vorsichtigen Anstellung des Inquisitions-Proceses. c. 2.
§. 5. dicit: So ist es auch billich/ daß inquiriret werde über
diejenigen Injurien/welche Eltern/Obrigkeit/en/Predigern/
Præceptoren zugesfüget werden. Item wegen öffentlich an-
geschlagenen Pasquillen und famos Libellen/ ubi Illustr. Dn.
Stryk. in publ. ante biennium ad hunc text. prælectionibus
hæc addidit, calamoque dictavit: Utile hoc foret, ut omnes in-
jurias vindicaret magistratus & processus injuriarum tollerentur.

§. 25. Quin quod ipse Carpz. hanc Juris Saxonici disposi-
tionem ita limitet: Quodsi, inquit, delictum perpetratum no-
torium atque persona delinquentis certa & de delicto confessa aut
condicta fuerit, etiam si illud sit leviusculum, ulteriori tamen pro-
cessu

INDOLI CHRISTIANISMI ADVERSANT.

53

cessu opus non est, sed judex sive magistratus absque longioribus ambigibus & circutionibus reum punire potest. Id quod tota die practicari videmus. Et sic salvare potest Practica Questorum & Prefectorum, qui in ditionibus Electoralibus Saxonie de criminibus leviusculis a rusticis perpetratis ex officio ad denunciationem partis offensae auff beschuhene Rügen inquirere eaque punire solent.

§. 26. Tandem si extra terras Saxonie quæstionem de inquisitione formemus, nescio, annon magistratus ex officio ad illam teneatur. Certe ipse B. Brunnem. cit. l. sat late hic extendit magistratus officium, ut in illa etiam inquirere debeat, quæ hactenus perpetrata sunt, quasi impunita, multo magis ergo in injurias, quæ quidem alias frequentissime a privatis vindicari solent. Non quod semper solenni inquisitionis processu opus sit, sed sufficiat summaria quædam cognitio. vid. Brunnem. loc. cit. §. 7.

§. 27. Nec obstat, quod tamen adhuc hodie sit privatum delictum: Nam hæc ratio de jure civili ne quidem impediit, quo minus extra ordinem de illa a magistratu statui potuerit, & pena secundum circumstantias infligi, cœn diserte traditur in l. ult. ff. de injur. Idem de furto, quod & runc temporis privatum delictum erat, prædicat Ulp. in l. f. ff. de furt. Nam generaliter olim permisum erat, in privatis delictis etiam extra ordinem procedere, quo casu sicuti in publicis accusationibus in crimen subscribere debebant l. f. ff. de priv. delict. Cum itaque etiam olim hæc privata delicta per viam cuiusdam accusationis vindicari potuerint, non video, quare, hodie magistratus non teneatur ex officio inquirere in injuriis, cum inquisitio in locum accusationis successerit.

§. 28. Sed ne sic quidem ab omni contradictione me liberatum agnosco. Instat enim novo arguento contradictor dicens: Christianismus non tollit politias, sunt enim iudicia ordinatio divina, ergo nec iura civilia in Republ. recepta tollit,

G 3

tollit,



54. CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJUR.

tollit, sed liberum eis usum & cursum relinquunt. Jam remedia injurias vindicantia in Republ. sunt recepta & approbata, imo ad securitatem Reipubl. faciunt.

§. 29. Certe hæc objectio & frequens est, & multos obcoecare solet. Sed indicium præbet plurimos vim & efficaciam Christianismi non intelligere. Verum utique est, Christianam religionem non tollere politiam, imo firmare, dum cives habiles reddat ad reprimendas illas tres furias, voluptatem ambitionem & avaritiam, unde omnis origo mali. Quod ipsum eleganter fusius deducit B. Dn. Seckendorf in *Christenstaat* ubique ostendens, verum esse illud notabile piissimi Dn. Brunnenmanni Symbolum: *Pietas optima status Ratio;* quo etiam tendit Excell. Dn. Budeus in disput. de Concordia Religionis statusque Civil. cap. 1. & 2. Sed applicatio hic infrunita est. Num enim propterea Resp. desinunt esse Republicæ, si dicamus injuriarum actiones salva conscientia exerceri non posse? Hoc nihil ad Rempubl. Illa enim consistit in nexu illo parentium & imperantium & hunc non tollit Christianus. Optime Seneca libr. in sapient. non cad. injur. inf. ait: *esse aliquem invictum, esse aliquem in quem nihil fortuna possit e republ. humani generis est.*

§. 30. Deinde Christianismus & politia tum demum subsistere si simul in tua Harmonia, ut neuter alteri obsit, constare possunt, quatenus in usu vero & genuino subsistunt, wenn Sie in ihren rechten Gebrauch siehen ut ait Dn. Thomas. in *Fürsten-Recht* in *Theol. Streitsachen in prefat. §. 1.* Ait haec tenus dictum, Christianismo e diametro adversari actiones injuriarum, & sic sine dubio præbebit indicium, intime Christianos esse depravatos & corruptos imo nominetenus tantum tales, quod putent, externam illam fori licentiam excusationem præbere in fori conscientia.

§. 31. Illud vero oppida falsum est, quasi hæc remedia secu-

INDOLI CHRISTIANISMI ADVERSANT. 55

securitatem Reipubl. fulciant. Imo exacerbant animos civium, & diuturnitate sua eos adeo fatigant, ut simul dispendi-
um fortunarum suarum patientur. Patientia melius securi-
tati Reip. succurrit, quam promiscuae admissiones harum acti-
onum, unde & in fine videbimus, judicis officium hic omnino
esse in restringendis hisce funestis processibus occupatum.

§. 32. Illud denique argumentum, quod a publica appro-
batione & receptione deducere solent, non adeo concludit.
Non enim sequitur: quodcumque publice receptum & appro-
batum est, id etiam justum est nec Christianismo adversum.
Do enim instantiam: Tres illæ Religiones in publicis Legibus
receptæ & tamen quælibet alteri imputat nefarias Hæreses.
Apud Gallos & Hispanos publice recepta & approbata est in-
quisitio Hispanica, an propterea justa? apud nos recepta re-
torsio injuriarum, an propterea justa? apud Germanos vete-
res recepta & approbata erant dissidationes, probationes per
duella, per *ἀματόδεξιν* &c. an propterea justæ? Et quam plura
sunt, quæ hodie pro justis declarantur, postea tamen meliori
informatione accedente cohibentur & puniuntur.

§. 33. Idem respondeo quoque ad illud dubium, quando
regerunt: atqui tamen judicia sunt ordinatio Dei? Quid ve-
ro inde? Sunt etiam sæpius Latronum receptacula, per abusum
scilicet. Video te horrescere ad hæc verba, verum non sunt
mea sed summi Icti Oldekop. in dedicat. ad Observ. Crim. Praet.
adducta in disp. Ill. Dn. Strykii de periculo petentis c. 3. §. 2. ubi
cum Paride de Puteo fatetur, quod majora committantur cri-
mina & latrocinia in curiis judicium, quam in sylvis latronum.
Ad dit se credere firmiter longe plures innocentes quam son-
tes damnari & suppliciis affici. Quam egregia ergo conclu-
sio: Quicquid est ordinatio divina, ibi etiam omnia secun-
dum ordinationem divinam sunt directa, quæ in judiciis fiunt.
Debetebant utique dirigi, sed non sunt directa.

§. 34. De



56 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

§. 34. Denique longe diversa sunt, an legislator civilis a liquid externe permittat, imo ex necessitate, ob metum majoris mali approbet: an vero laudet, publice injungat, omnibus modis lvadeat. Plura conscientiae & pudori subditorum relinquit legislator, nec omnia, quae externe permitta sunt, honesta sunt. *I. 42, pr. ff. de Ritu nupt.* Novit se leges dare non iustis & injustis: Illis enim secundum Paulum lex non est posita, injustis autem saepius quid indulgeri debet, quo scil. non turbetur pax externa, & partes proprio ausu vindicent injurias, si tollerentur vindictæ publicæ. Non ergo adeo leges publicas inculpamus, sed hominum malitiam, qui tales leges legislatori extorserunt.

§. 35. Illustrari haec possunt ex iis, quæ Dn. Thomas. in *disp. de Felicit. subdit. Elect. Brandenb.* §. 13. eleganter differit inquietus: *Cum plerique inter bodiernos Christianos affectibus suis abripiantur & vindicta bonum sit vita jucundus ipsa, necesse est, ut princeps, dum defectus hos emendare studet, quantum salva Justitia fieri potest, palato subditorum suorum civiliter agrotantium se paulisper accommodet, & ut eo melius observantiam legum suarum obtineat, de satisfactione propter injurias acceptas lessis proficiat.* Hactenus Dn. Thomasius.

§. 36. Nec possum alium in sensum accipere, quæ Christus Pharisæis regerit *Mattb. XIX. 8.* ubi controversia erat de justitia divortium quatenus essent licita. Christus vero dum injustitiam horum demonstrabat, eandem objectionem sustinere debebat. Clamabant enim Pharasæi: Cur vero Mosis litteras divortii dare jus sit? Ita apud nos juris est, habemus legem a Mose, habemus publicam approbationem: ita quotidie juxta legem Mosis pronunciatur, judicia autem sunt ordinatio Dei, ejusmodi ergo tu divortia injustitiae accusare potes? Sed Christus omnia talia inania argumenta conculcabit uno

INDOLI CHRISTIANISMII ADVERSANT.

57

uno ictu, dicendo, Mosen divortia concessisse propter eorum συληρονα ποδαν, ab initio vero aliter fuisse &c.

§. 37. Et certe malitiam insignem hominum, ingravescen-
tem nocendi & injuriandi pruritum tales leges legislatori ex-
torsisse, docet ipsa historia juris Romani, quam quoad actionis
æstimatoria introductionem optime depinxit Favorinus
Philosophus apud Gell. Noct. Att. lib. 20. c. 1. hisce verbis: *Quod*
vero dixi videri quedam esse impendio molliora (scil. constituta
in LL. XII. tabb. Nam de his ibi disputatio erat) *nonne tibi*
quoḡ videtur nimis esse dilutum, quod ita de injuryia punienda
scriptum est? Si INJURIAM FAXIT ALTERI VIGINTI QVIN-
QUE ÆRIS POENÆ SUNTO. *Quis enim erit tam inops, quem*
ab injuryia faciente lubidine viginti quinq. asses deterreant? Ita-
que cum eam legem & Labco quoḡ vester in libris, quos ad XII.
Tabb. conscripsit, non probaret, quidam, inquit, Lucius Veratinus fuit,
egregie homo improbus atq. immane cordia. Is pro delectamen-
to babebat os homini liberi manus sue palma verberare. Eum
servus sequebatur, crumenam plenam assum portitans & quemcum-
que depalmauerat numerari statim secundum XII. Tabb. viginti
& quinq. asses jubebat. Jam pergit & docet, quomodo inde
arriperint Prætores occasionem æstimatoriam actionem in-
troducendi. Propterea, inquit, Prætores postea hanc abolescere,
& relinqui censuerunt, injuryisq; æstimandis recuperatores se di-
xerunt datus. Recenset eandem ex Gellio J C tissimus Schil-
ter in Pr. Jur. Rom. Ex. 49. §. 26. ubi non possum facere, quin
addam egregium illud επιφύνεια quod in fine hujus §. addit:
Sed præter cogitationem, inquit, antiquæ illi ac simplici legislati-
oni immoriamur: atq; utinam NB. corruptorum seculorum mores
iādem posteros inherere possent fuisse. Liquido sane eo ipso
ostendit, corruptionem morum ansam talibus legibus de-
sile.

§. 38. Respondet simul Schilterus hic ad aliam objecti-
onem

H

58 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

onem, quod scil. inde sequeretur, quasi hac ratione Civile Romanum jus inter Christianos quoad hunc passum non debuerit recipi. Scilicet de hoc non dubium est, quamdiu sermo est de veris Christianis, imo dico, non tantum non debet recipi inter Christianos, sed nequidem receptum est, nisi nomine Christianorum velis etiam comprehendere illos, qui minime Christiane vivunt, & nomen saltim externum Christianorum gerunt, inter hos enim in viridi est observantia. Ast hi Christum non norunt. Si nimis durum hoc tibi videatur, audi, quæ B. Dn. Brunhem *Jur. Eccles. lib. 1. c. 1. §. 7. in f.* jam de suis temporibus dixerit: *Quaramus, inquit, Christianos in populo Christiano, adhibitam etiam lucernam.* Expressius idem docet Dn. Thomas. *diff. de Felicit. Subditor. Elecl. Brandenb.* §. 13. inquiens: *Christianus legibus humanis, qui ipsius affectus coercent, non habet opus, & qui legibus indigent reprimentibus actionum exorbitantiam, a vero Christianismo adhuc procul absunt, et si medios inter Christianos vivant & sic sublimemistam sapientiam non ferant.*

§ 39. Superest vero adhuc alias scopulus, qui, antequam ad alia progrediamur, superandus est. Dixerit quis: Concessisti in superioribus actiones injuriarum plerasque esse poenales. Siergo propterea contra indolem Christianismi est, sequitur, ut dicamus omnes actiones poenales Juris Romani repugnare Christianismo, quin ipsam legem Mosaicam ratione furti. Cum vero absurdum sit posterius velle concedere, necessario quoque prius absurdum erit.

§. 40. Verum enim vero ratio connexionis omnino neganda. Nam actio injuriarum non ideo improbanda est, quia poenalis est, sed quia sub ipsa poena hoc in casu venenum vindictæ latitat, & sic hoc casu poena connexa necessario cum vindicta, id quod in capite 3. §. 5. seqq. ex natura harum actionum latius demonstravimus. Nec diffitentur ipsæ leges Romanæ,

manæ, principaliter tendere hanc pœnam ad vindicandam injuriam. Inde tam sollicitæ hanc actionem pœnalem secernunt a reliquis actionibus pœnalibus & in pluribus peculiares qualitates a reliquis pœnalibus discrepantes ei attribuerunt, ceu supra cap. 3. §. 5. segg. fuisus demonstratum. Hinc ergo non argumentari possumus ad omnes pœnales, sed ad illas tantum quæ actioni injuriarum similes sunt, meramque vindictam concernunt eisdemque regulis tenentur. In reliquis, quamvis etiam animus ultor sicuti in omnibus actionibus adesse possit, non tamen necessario & per se adest, quia non est tale objectum, quod irritat, movet, & provocat vindictam & odium, ac quidem ubi lœsa est per injuriam secundum vulgi conceptum fama & honor. Assumamus in exemplum furtum. Quamvis negari non possit, dolorem quendam & odium erga furem excitari in eo cui res ablata: Interim tamen per restitutionem rei furto ablata facile tale odium cessat & animus vindictæ cupidus. Cum vero eo ipso non liberetur a pœna legibus determinata & vero leges hanc ipsam reo adjudicarint, cuires est ablata, potest, saltim debet illam pœnam absque cupiditate vindictæ exigere, cessat enim jam causa ob quam vindicta per alios exercetur: at in injuria semper talis causa supereft; quia hic magis lœsio quam ablatio supponenda, quæ damdiu superesse censetur, donec injuria affectus satisfactionem consecutus fuerit.

§ 41. Patet quoque hoc vel exinde, quod quidem vel omnes reliquæ actiones pœnales, supposito illo statu hominum corruptissimo, facilius extra usum fori esse possint, imo si verum fateri licet, pleraque jam extra usum fori sint, ceu quoque eruditæ docuit Dn. Thomas. in disp. pecul. de usu action. penal. in for. German. Nam ubi hodie in furto agitur ad duplum aut quadruplum? vid. Dn. Thomas. cit. disp. c. 3. §. 42. reliquas ut non tangam: non tamen eradicari ita facile potuit

60 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIARUM
actio injuriarum, quin ut dicam quod sentiam, magis hodie
videtur in viridi esse observantia quam olim. Thomas. cit. l.
§. 50. Cur vero eadem (secus ac plerque reliquæ,) est rece-
pta? Si eadem omnium poenalium esset ratio, sine dubio om-
nes in eadem frequenti essent observantia.

§. 42. Quin cum tanta corruptio animos hominum in-
time infecerit, ut nisi remedia sufficientia vindicandi injurias
ipsis indulgeantur, majora mala turbæ in Republ. ut Duel-
la, insidiæ, invasiones, Scopelismi, diffidationes & hujus ge-
neris infinita alia mala sint inde metuenda: hinc politici im-
primis hic consulere solent, ut Princeps lœsis de satisfactione
ob injuriam illatam exacte & prudenter prospiciat. Diximus
enim jam supra philosophemata illa haec tenus recensita ad ge-
nium seculi vix esse apta, quanquam esse debebant: At non
eadem sollicitudo Principis est quod reliquas actiones pœ-
nales, quia nec hic ultior animus subditorum tam avide &
slienter vindictam spirat, hinc & facilius non recipi potue-
runt. Unde vel ex inde appetet non duci argumentu posse a
cæteris actionibus pœnalibus ad hanc nostram, quam dam-
namus.

§. 43. Denique urgebit aliquis ex communi illo præju-
dicio in principio hujus disputationis notato: Si bellum in-
ter gentes Christianas salva conscientia tam offensivum quam
defensivum geri potest, quid ni etiam actio injuriarum? Utro-
bique eadem videtur esse ratio. Utrobique licite vindican-
tur injuriæ, & cum judicia inter Gentes cessent, hinc bellum
judiciorum vicem repræsentat.

§. 44 Sed si doctrina de licentia bellandi Christianismo
non contraria digne excuti, si argūmenta Grotii quibus hic
utitur, recte examinari, si denique aliorum Theologorum
sententiæ in subsidium adduci possent, quod tamen ratio in-
stitui, & aliae causæ impediunt, tantus apparatus tantaque
dicem-

INDOLE CHRISTIANISMI ADVERSANT. 61

dicendorum copia foret, ut justo tractatui deesse non posset materia. Interim ne plane hoc argumentum intactum relinquamus, quærere liceat, an non saltim de belli vindicativi justitia dubitari possit eodem modo, quo de actionibus injuriarum ad vindictam tendentibus?

§. 45. Et hic quidem nullum medium terminum invenire possum, quæ maiorem summis magistris licentiam vindicandi injurias sibi illatas dare posse, quam quidem privatis. Quamvis ergo ob alias causas bella possint esse licita, nec adversa Christianismo (quamvis hic meum utique suspendam judicium) certe ob vindictam suscepsum justum quidem externe haec tenus erit, sed in foro poli aliae decisiones & alia judicia. Neque vero obstat, quod alia media inter gentes deficiant, cum tamen inter privatos, licet cessent actiones injuriarum, adhuc inquisitiones magistratus ex officio superesse possint: nam nec hæ absolutæ sunt necessitatis, & licet vel maxime illæ quoque cessarent, tamen nihilominus actiones injuriarum essent justissimæ.

§. 46. Unde pleraque argumenta Grotii hic mihi non obstant, nec propterea quoque in examen revocanda, cum in genere de bellandi licentia loquantur, & sic, si aliquid valem, restungi posse ad reliquas causas belli justicas, uti nominantur. Dixi autem pleraque argumenta mihi non obstat: nam quædam utique directo hanc thesin oppugnant, quæ excutienda.

§. 47. Affert 1.1. c. 2. §. 8. n. 3. tanquam rationem dubitan-
di locum illum notabilem ex Matthæo. *Additis dictum fuisse;* oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego vero dico vobis, ne obstatis injurioso, sed cedentite intextram maxillam alteram quoque obverte. Hinc inferunt, pergit, quidam, nullam injuriam aut repellandam aut vindicandam sive publice sive privatim. Respondet vero ad hoc dubium hunc in modum: *Atqui hoc non dicunt*

62 CAP. IV. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

dicunt verba: Neque enim magistratus hic alloquitur Christus, sed eos, qui impetuuntur. Nec de quavis agit injuria, sed de tali qualis est alapa: Sequentia enim verbis restringunt praecedentium generalitatem.

§. 48. Sed quamvis Grotio utique concedendum sit, eo ipso magistratus officium in puniendis injuriis non esse sublatum, quia in eo non vindicta sed poena ratio locum habet: id tamen utique exinde recte concludimus, non vindicandas esse injurias. Jam vero cum poena tantum in Statu civili locum habeat, & vindicta imprimis se exferat inter eos, qui superiorem non agnoscunt, sed in naturali statu vivunt, ceu solide deduxit Dn. Thomas, in *Jurisprud. div. lib. 3. c. 7. n. 49. seqq.* & hinc doctrina ejusdem Grotii de bello punitivo merito censuram mereatur, adhuc superest utique dubium, quare ratione bello injuriæ vindicari possint? Non enim tantum hoc dictum evidenter repugnat, sed & illa, quæ de amore e- jusque efficacia prælibata sunt.

§. 49. Deinde & ultima Grotii interpretatio de alapa valde jejuna est, ceu jam alii quoque animadverterunt, uti Zieglerus & Osiander ad cit. l. Num enim levis est injuria, quæ realis est? Imo sed atrox. Quid quod Christus in atrocibus injuriis non minus patientiam præcipiat, quam in evibus, ceu infra docebitur.

§. 50. Neque vero uti volunt Osiander & Zieglerus, tan- tum comparet hæc verba intelligenda sunt, scilicet potius perferendam esse alapam & alteram maxillam offerendam, quam alapam regerere & vindictam sibi sumere privatam. Nam tota doctrina Christi eo tendit, ut quamvis vindictam, etiam quæ sit per institutionem actionis injuriarum, improbat, damnet, colibeat. Nam jus talionis, quod improbat, non fane erat privatum, sed exerceri debebat publica autoritate ma- gistratus, vid. c. 6. §. 3. ibique Grotius all. l. Unde secundum statum

INDOLI CHRISTIANISMI ADVERSANT. 63

statum controversiae a Christo formatum decisio quoque interpretanda. Accedit summus ille gradus patientiae & amoris, Christianis proprius, directo etiam cum omni vindicta publica pugnans.

§. 51. Neque propterea Imperia Politias & jura Majestatica, inter qua jus bellandi eminent, summo imperanti abjudicamus, sed uti jam supra diximus, si recte & suo ordine debitoque modo exerceantur, optime cum Christianismo consilunt: sed hoc de bello vindicativo jam quidem negamus, quatenus scilicet eadem ratio hic subest, ut quidem in actionibus injuriarum. Quin, ut recte Grotius cit. l. n. i. afferit, *homines essent Christiani & Christianae viverent, nulla forent bella, nihilominus tamen recte dicere tunc quoque possemus, jura Majestatica imperanti tum quoque deberi.* Cetera argumenta Grotii hic non excutiam, sed reservabo commodiorem in locum infra, ubi adhuc ostensurus sum, totam scripturam sacram quoque actionibus injuriarum directo repugnare, quia non tantum bellum vindicativum sed quasvis injurias vindicandas respiciunt.

C A P U T V.

De Actionibus injuriarum repugnantibus praxi primitivæ Ecclesiæ.

CONSPECTUS.

<i>C</i> ur bic argumenta ex praxi primitivæ Ecclesia desumantur.	<i>C</i> hristianorum laudatur §. 3. seq.
<i>L</i> audatur Arnoldi tractatus de vita & moribus Christianorum primitivæ Ecclesia §. 2.	<i>S</i> umma humilitas Christianorum in primitiva Ecclesia §. 5. seq.
<i>I</i> gnoscendi studium primorum	<i>E</i> orundem abnegationis studi- um. §. 7.
	<i>P</i> romovebatur per injurias per- pessas

64 CAP. V. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

peffas §. 8.

De patientia admiranda corun-
dem §. 9.

Doctrina de amandis hostibus
studiose apud eosdem exclu-
ta. §. 10.

Inde Christiani Ethnicis desipe-
re vidi §. 11.

Verba Christi de insigni patien-

entia apud eosdem non habe-
bantur pro verbis consilii §. 12.

Studium vindictæ ab eis longe
remotum fuit §. 13.

Imprimis abhoruerunt ab acti-
onibus injuriarum §. 14.

Non improbabant tamen judi-
cia §. 15.

§. I.

ET quidem cum his quæ hactenus fusius excussa sunt
conspirat praxis tota primævæ Ecclesiæ. Cum itaque
in iis, quæ praxin Christianam respiciunt, non raro re-
curri soleat ad exempla primitivæ Ecclesiæ, ad hoc illibatae &
purissimæ, hinc (II) jam ostendam, actiones injuriarum, qua-
tenus hodie sese habent, praxi huic primitivæ Ecclesiæ omni-
no repugnare. Quæ argumenta eo minus dubii habebunt,
postquam plerique urgeant, Christianismum ad primitivæ
ecclesiæ exempla esse instituendum, & efformandum. Unde
hic ex concessis argumentari licebit.

§. 2. Et in hac materia mihi quidem fere otium faciunt
illi, qui primitivæ Ecclesiæ faciem exacte exhibuerunt, quo
inter omnes hic quidem laudo Dn. Arnold. Abbildung der
ersten Christen / oder die erste Liebe der Gemeinen Jesu
Christi ubi per integrum volumen, imprimis lib. 3. copiosissi-
mè ostendit, sumimum illum amorem fraternalum, concor-
diam, patientiam mansuetudinem erga hostes &c. quæ virtu-
tem statim argumentum præbent, longe remotum ab eis fu-
isse vindicandi injurias pruritum sive judicialiter sive extraju-
dicialiter.

§. 3. Brevibus saltim notabilia quædam hic excerpere &
addu-

REPUGNANT. PRAXI PRIMIT. ECCLES. 65

rem ipsam ὡς ἐν συνόψει adducere operæ pretium esse duco.
Primo summa apud eos inclinatio summumque studium of-
fensiones remittendi. Hinc damnabant actiones ad vindican-
das offensiones tendentes, ceu docet Autor laudatus p. 1. lib.
3. c. 3. §. 14. ubi imprimis merentur legi verba Ambrosii, qui
ita argumentatur. Si frater tuus te non offendit, meretur ut-
tique tuum amorem, Si te vero offendit, cautione opus est
& providentia ut te & offendorem vincas. *Hec enim*, inquit,
est summa Christianismi, ut amantibus nos equalia tribuamus,
offendentibus patientiam ostendamus. *Qui jam patientissimus*
est, ubi injuria afficitur, is maximus erit in regno cœlorum. Imo
eos benefactores nominabant, qui eos offendebant, quia ipsis
occasione ignoscendi præberent, uti ex Macar. hom. 37.
refert Id. P. 2. lib. 5. c. 1. § 19.

§. 4. Urgebant hanc remissionem frequentissime, & de-
monstrabant, hanc demum unicum ad unionem Christianam
viam esse. Hinclitium cupiditas a Christianis nimis remota
Judicabatur. Docebant sine hac non vividam fidem esse. Au-
tor. cit. l. §. 15. seqq. ubi in specie verba Prudentii §. 17. in Ryth-
mos Germanicos translata commodari merentur: sic vero ibi
Poeta canit:

Gott gefäßt kein Opffer nicht/ wo der Eintracht hol-
de Gaben

Nicht mit lauter Liebligkeit Deines Bruders-Herze
laben.

Wiltu gleich voll Andacht seyn/ und mit beten singen
fasten

Dein Gewissen machen still/ en so kan es doch nicht
raffen [Höle]

Wenn dein hartes Herz noch ist eine solche Mörder
Drum muß Hass und Neid und Streit/ganz verlassen
deine Seele.

I

§. 5.

66 CAP. V. DE ACTIONIBVS INJURIAR.

§. 5. Porro *Humilitatis studium* nullum locum eis relinquebat, injurias persequendi ullo modo. Quin habiles eos reddebat, ut contemtus injurias & reliqua scommata patienter ferre potuerint, ceu docet Idem c. 4. §. 11. ubi com mendo exemplum allegatum viri aliquujus Pii (sine dubio Macarii vid. *vit. patr. Arnoldi* p. 1. p. 337.) qui quoties alii ipsum propter pietatem venerarentur & honoribus afficerent, vel parum vel nihil loquebatur, ostendens se tanto honore non commoveri: *Qui vero ipsum injuriose excipiebat, calumnias in eum jactando, cum parhesia tunc ita loquebatur, ut ubique præ se ferret & ostenderet mansuetudinem & alacritatem mentis omnia talia perferre jam assuetæ.*

§. 6. Imo in tantum Studium hoc humilitatis excoluisse leguntur, ut quovis modo quererent se ipsos quasi deprimere exemplo Apostolorum, imprimis Pauli, qui inter Christianos minimus esse volebat. Id, *cit. l. §. 12. seqq.* Et hinc contemtores & quo animo ferebant.

§. 7. Deinde quoque *abnegationem sui ipsius* tam severe a Salvatore commendetam in pretio adeo habebant, ut aperte dicerent, se solere omnia illa contemnere, quæ alias communiter in pretio habentur, imo nullum damnum ab hostibus intentatum tranquilitatem eorum interturbare, nec ullam injuriam aut detractionem famæ, vel si quid aliud gravius ipsis immineret, ceu ex Athenagoræ testimonio infert Id. p. 1. lib. 4. c. 1. §. 4. Aperte contestabantur hunc denum voluntatem propriam vincere, & ad veram pervenisse quietem, qui nec laudibus nec contumeliis commovetur. Id. §. 18.

§. 8. Noverant pietatem penes eos, qui sunt de mundo, lidibrio habere, piosque variis contumeliis & injuriis esse expositos, cum impii regantur spiritu calumniarum. Nihilominus, ut bene animadvertis laudatus Aut. Lib. 4. c. 7. §. 3. hæc principalis tunc erat Christianorum proprietas, non meditati vi vin-

REPUGNANT. PRAXI PRIMIT. ECCLES. 67

rividicatam, quin agnoscebant, se magis magisque ejusmodi contumeliis humiliari, & ad abnegationem sui ipsius venire, uti Lactantius lib. 5. c. 11. loquitur.

§. 9. De patientia admiranda primorum Christianorum multa egregia coacervat lib. 4. cap. 8. Ostendit imprimis §. 8. quod omnem contumeliam sibi gloriae duxerint, omnem paupertatem habuerint pro divitiis ingentibus &c. & quod hac ratione insanire mundo visi fuerint. Non enim mundus mysterium crucis intelligit. Sed ipsi fatebantur ingenue, se hisce sub incommodis nullum sentire damnum. Deum vindicare vim & injurias, si ipsi vindictam committerent &c. §. 16.

§. 10. De amandis hostibus doctrinam imprimis urgebant secundum Regulas Christi & docebant, requiri ad perfectionem amoris, ut hostibus studio & ex proposito beneficerent, & in eo Christianos differre ab aliis hominibus Id p. 2. lib. 5. c. 1. §. 7. Nam in eo sequebantur non tantum Christi sed & Apostolorum exemplum, qui, ut dicitur 1. Cor. IV, 13. benedicebant eis, qui eos caluniose & injuriose habebant. Id. §. 8. 9. Opponebant publice hostibus, se in eo maximum querere lucrum, quod hostibus benefacerent, quod odium compensarent beneficiis Id. §. 11. Quin Deo Gratias agerent, quando ab hostibus injuriose & pestime haberentur Id. §. 12.

§. 11. Certe haec doctrina & haec praxis adeo absurda Ethnici videbatur, ut Christianos propterea simplices vel stupidos dicerent, quod omnem sensum se ulciscendi vel jus suum persequendi amiserint. Confarcinabant enim Ethnici varios praetextus, quos imputabant Christianis, ut eo magis horrendi oculis omnium redderentur, quas columnas detexit & collegit Christianus Kortholt in tr. de Vita & moribus Christianis primis per Gentilium malitiam afflictis. Sic eis imputabatur odium generis humani Tacit. Annal. lib. 15. laud. Aut. c. 8. Aegre quippe ferebant Gentiles per hos ejusmodi disciplinam

I 2 induci



68 CAP. V. DE ACTIONIBUS INJURIARUM
induci in orbem, quæ pravis cupiditatibus plane esset inimica, hinc faeile sibi persuadebant, Christianos esse humani generis osores, sunt verba excell. Dn. Buddei *in disp. de concordia Relig. Chriſt. Statusque civil. c. 2. §. 10.* Comprobat id ipsum verbis Lactantii laudatus Arnold. lib. 5. c. 2. §. 2. quæ Germanice ita refert. Es gehet so zu/ daß ein gerechter Mann/ der sich selbst nicht rächen will/ von allen verachtet wird/ und weil man meinet/ er könne sich selber nicht verheiden/ so hält man ihn vor trug und unartig. Wer hingegen sich an seinen Feind wacker reibet und rächet/ den hält man vor tapffer und Mannhaft. Solche Leute ehret und respectiret jederman. So schätzen die Bösen denjenigen höher/ welcher nur viel Schaden thun kan/ als den Frommen/ der andern Nutzen schaffet/ wiewol dennoch die Bosheit der Menschen den Gerechten nicht verführen kan/ daß er nicht lieber seinen GOT folgen/ und darbey verachtet werden wolle/ wenn er nur allezeit die Pflicht eines frommen in acht nehme.

§. 12. Ostendebant porro reapse, verba illa Christi, quæ omnem ultiōnēm colibent, non esse tantum verba consilii, ceu plurimi afferunt, sed exprimere genuinam Christianorum indolem Id. §. 3. (*conf. Apol. Aug. conf. de ord. polit. p. 215.* ubi ad perniciosas opiniones refertur, scil. non uelisci esse tantum consilium) Inde Lactantius: Christianus non tantum ab injuria alienus esse deber, sed nequidem injuriam illatam vindicare, ut innocentia in ipso perfecta sit Id. §. 4. Et quamvis propterea scommatibus Ethnicorum expositi essent, tamen necessitatem hujus doctrina & praeceos cum parhelia deprædicabant dicentes: Wenn wir geschlagen werden/ so müssen wir uns gerne darstellen: Wenn wir gescholten werden/ so müssen wir nothwendig segnen. Es ist bey uns nicht genug/ daß wir wolten auf diese Art gerecht seyn/ wenn die Gerech-

REPUGNANT. PRAXI PRIMIT. ECCLES. 69

Gerechtigkeit die Biedervergeltung födern will / sondern
wir haben uns auch über diſ lauter Gute und Gedult vor-
gesetzet.

§. 13. Damnabant proinde diserte vindictam , adeo, ut
licet scirent, impios manere vindictam divinam, quod & im-
pii agnoscerent, inter utrumque tamen hanc superfore diffe-
rentiam ajebant, quod pius mallet emendationem, quam pœ-
nam sui hostis, & quando videret ultricem Dei manum, non
propterea lætitia afficeretur, quia ipsum non odio haberet sed
Deum ejusque justitiam adoraret, uti ex verbis Augustini hoc
ipsum declarat cit. Aut. lib. 5. c. 2. §. 8. Publice dicebant, ceu ex
Justino Grotius lib. 2. c 20. §. 10. n. 7. recenset: *Nolumus eos pu-*
niri, qui in nos calumniantur: sufficit illis sua pravitas & rerum
bonarum ignorantia. Hinc inter offendorem & vindicantem
offensionem non aliam differentiam agnoscabant, quam quod
ille prius ad iniuritatem transvolaverit, hic vero illum secu-
tus fuerit, Id. §. 9. Optimum certe in se monitum erat,
quamvis sarcastice propositum, quo objurgabat Julianus Im-
perator quosdam Christianos, se injuriose haberi querentes
dicens: *Illos a Christo accepisse præceptum, de non vindican-*
dis injuriis, nec debere injuriis injurias referre. Id. c. 2. §. 14.
Imprimis legi merentur pia meditationes, quæ ex Tertulliano
& aliis excerpit Dn. Arnoldi §. 10. & 11. quæ egregie
illustrant locum Matth. V;39. Luc. VI. 29. & indicant, sensum
illorum verborum a Glossis & traditis Doctorum adhuc pū-
rum & vacuum mirifice & practice apud primos Christianos
ex cultum fuisse.

§. 14. Et ne quis objiciat, hæc omnia tantum intelligen-
da esse de privata vindicta, non de judiciali, notandum, quod
nihil magis fugere & vitare soliti fuerint, quam processus seu
certamina judicialia, ceu deducit laud. Aut. §. 16. *segg.* & gra-
viter eos objurgabant, qui totos se litibus ejusmodi dederant,

70 CAP. V. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

excludentes etiam eos ab usū S. cœnæ & Ecclesia. Et cum adeo lites etiam de rebus alias licitis fugerint, (quod etiam Ethnicus ICtus laudavit, dicens: verecundam & non improbandam ejus esse cogitationem, qui lites execratur) quis crederet eos actiones injuriarum tolerasse vel exercuisse?

§. 15. Simul tamen ostendebant se judicia non improbare, sed potius venerari, quatenus nihil diversi a Regulis Christi indulgerent. Et sic ab imputationibus Ethnicoram, quasi politias tollere allaborarent, publice se purgabant seu pluribus idem ostendit lib. s. cap. 3. §. 5. seqq.

C A P U T . VI.

De Actionibus injuriarum adversantibus
directo scripturæ sacræ.

Cur hoc caput hic inseratur §. 1. Aliud argumentum ex Matth. V.
Argumentum desumitur ex 23. seqq. §. 12.

Matth. V. 29. §. 2. Reconciliatio intima Christianis
Grotii sententia de hoc textu injuncta tollit actiones inju-
prefertur §. 3. §. 4. riarum §. 13.

Non propterea excluditur a Chri- Aliud argumentum ex Rom. XII.
sto defensio vita §. 5. 17. §. 14.

Argumentum ex oratione domi- Adducitur locus 1. ad Cor. IV. 12.
nica desumitur §. 6. seq. §. 15.

Cur Christus eos vocet debitores, Lutheri consensu adducitur §. 16.
qui in nos peccarunt. §. 8. Stenpij sententia de hysce texti-
οφείλημα non consistit in ranco- bus cum epicrisi §. 17. seqq.

re animi §. 9. An injuriarum agens admitti-
Aliud argumentum ex Matth. possit ad S. cœnam §. 20.

XVIII. 23. seqq. §. 10. De intendanda actione plurimi
Quid sit remissio ex toto corde concedunt eam ex usu S. cœna
facta §. 11. remissam esse §. 21.

Affir-

ADVERS. DIRECTIO SCRIPTURÆ SACRÆ 71

- Affirmatur simpliciter quæstio qui scienter admirerunt in nobis
§. 21. dignos §. 24.
- Consistoriorum merito approbat Adducitur responsum Facultatis
exclusionem S. canonae jusmodi Jenensis Theologica annexo
di hominis §. 23. judicio §. 25. seq.
- Rara exempla, punites esse eos,

§. 1.

Equidem in cap. 4. jam demonstravimus, actiones injuriarum repugnare indoli genuinæ Christianismi, & sic simul jam ostensum videtur, repugnare eisdem quoque S. scripturæ. Sed cum demum hoc inde per oonsequentiam fluat, jam etiam ad huc separatum ostendere e re esse duxi, has actiones non tantum per consequentiam necessariam sed etiam directo pugnare cum S. Scriptura ut ita eo rectius vis argumentorum apprehendi & omnis confusio evitari possit. Et hoc quidem jam faciliori labore fieri potest postquam ostensum, eas omnino repugnare indoli Christianismi.

§. 2. Pro injustitia belli vindicativi supra c. 4. §. 44. jam adduximus locum notabilem ex Matth. V. 39. simulq; ostensum in cap. antec. apud Christianos in primitiva Ecclesia hoc præceptum optime in praxin fuisse deductum. Ex eodem jam inferre licet, si ita injurioso obsertere prohibitum, ut etiam adhuc major injuria ferenda, quam ut propterea vindictam movere velimus. sequitur ut actiones injuriarum, quippe vindictam spirantes, sint diserte hic prohibita. Et cum hæc conexio fluat ex patientia, tantopere a Salvatore discipulis inculcata, merito audiendi non sunt, qui veteri suo Adamo, h. e. ambitioni, indulgentes hic tantum agnoscent Consilium Evangelicum.

§. 3. Grotius l. b. 1. cap. 2. §. 8. n. 7 Ita judicat de hoc tex.
tu: Lex Hebreæ sicuti divertit libertatem indulgebat, ut servitiae
mari-

72 CAP. V. DE ACTION. INJUR. ADVERSANT.

maritorum in uxores occurreret: ita etiam privata ultiō, ad quam gens illa valde prona erat, coercenda, jus lēso fecerat, ab eo, qui leserat, non manu sua, sed apud judicem exigere talionem. Quod Lex etiam XII. Tabb. secuta est: si membrum rupit talio esto. (vid. cap. 3. §. 34. seqq.) Christus vero majoris patientia Magister tantum abest, ut illam in jam lēso probet vindicta & flagitationem, injurias quasdam ne arceri quidem vult, aut vi aut iudicio. At quales injurias? Tolerabiles scilicet, non quod non in atrocioribus quoque laudabile hoc sit, sed quod restrictiore quadam patientia contentus sit &c.

§. 4. Rectius meo quidem iudicio Grotius hac in explanatione mentem Salvatoris tetigit, quam commentariores eiusdem, qui vulgatae fabulae inhārentes, non omnem persecutionem judicialem injuriarum nomine hic prohibitam censem, sed tantum illam, quæ fiat animo vindictæ cupidio virulento, & propter conceptum odium æstuante. Sed cum hæc distinctio jam supra rejecta sit, cap. 3. §. 8. seqq. merito simplificiter injuriarum vindicationes hic prohibitas censeo. Et ne forsitan hoc ad verbales quis restringat, certo exemplum positum de alapa indicat, etiam reales patienter esse preferendas.

§. 5. Illud quoque Grotio indulgeo, non hic exclusam esse defensionem, ubi vita periculum imminet. Nam omnino diversa est ratio vindictæ judicialis, & defensionis extra-judicialis. Defensio unice malum imminens vita a se repellere studet, suamq; conseruare salutem intendit; at actiones injuriarum injuriā jam perpeccam supponunt, & nullus aliud est horum scopus, quam vindicta,

§. 6. Et hoc demum tendere scopum Christi, ut omnem vindictam Christianorum, quovis prætextu demum fiat, cohibeat, ostendunt tam sèpius repetitæ doctrinæ, de tolerantia & fugienda vindicta, de amandis hostibus iisq; beneficiendis &c. in illa celebri concione montana. Sic orationi discipulis positæ

positæ inserit verba: *Et remitte nobis debita nostra: sicut et nos remittimus debitoribus nostris.* Unde supponit, Christianum, qui hac oratione dominica uti vult, debere utique remittere. Qui autem remittit injurias, simul remittit actionem injuriarum, qui illa non habet locum, ubi non est ad animum revocata sed remissa. Frustra ergo orationem dominicam recitat, qui injurias vindicat, imo cum ita blasphemus fiat dicendo se remisisse injurias, cum tamen non fecerit, magis contra, quam pro sua salute orat.

§. 7. Et quia Salvator noverat tam frequenter contra hanc doctrinam peccari, statim addit explicationem ulteriore. *Matt. VI. 14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra.* Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Quid vero aliud est remittere peccata hominibus, quam in amicitiam cum ipsis redire, odium omne rejicere & ipso actu, amorem erga illos ostendere. Quin cum remissio presupponat jus adversus alterum, quo læsionem vindicare possum, privato enim presupponit habitum, hinc remissio imprimitur involvit juris ex læsione & injuria quæsiti renunciationem. Illud enim remitto, illi renuncio, ad quod mihi ius erat. Ubi vero nullum ius, ibi nulla remissio, nulla plane renunciatio.

§. 8. Hinc tam notanter illos, qui nos offenderunt, vocat *debitores*, cuius respectu offensi sunt credidores, hoc intuitu scilicet, ut si de iure stricto, & secundum ejus rigorem vellet agere cum offendente, ipse tanquam debitor obligatus foret ad solvendum. *Hocce debitum h. e. ad sustinendam illam poenam & ultionem, quam Leges in foro civili odmitunt.* Ethoc est illud ὁφελημα cuius αὐτὸν tantopore urget Christus. Sicuti jam τὸ ὁφελημα reale aliquid est, non nulla cogitatio aut imaginarium quid, ita & remissio debitorum

74 CAP. VI. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

non nuda cogitatione (qualem mundus sibi concipit, dum dicit: rancorem animi abjicio, non vero meum jus remitto) sed actuali & reali præstatione fieri debet.

§. 9. Quod si ad remissionem ὀφειλόματος sufficeret rancorem & odium animi abjecisse, sequeretur, ut ipsum οὐ φέιλειν in hoc rancore & odio ponere deberemus, quod absurdum, quia ibi nullum debitum nec obligatio, quod omni legi adversum est, uti quidem rancor animi & odium. Inde Christus altius assurgit, & simul omne jus præteritum ex tali lassione ad remissionem pertinere contendit, id quod inde les vocis ὀφειλόματος indicat.

§. 10. Explicit id ipsum clarius Salvatore eleganti parabola Matth. XVIII. 23. seqq. de domino rationes exigente a suis servis, quorum unum non solvendo existentem, non tantum dimisit quasi ex carcere, sed simul debitum ei remisit h. e. non tantum jure, eum a vinculis publicis von den Schuldthurn liberando, non est usus, sed quod magis, ipsum debitum accepto tulit. Ingratus vero hic debitor plane non eadem methodo in exigendis debitibus a suo debitore usus, sed in tantum omnem fensum misericordiae abjecerat, ut quasi jure suo utens debitorem propè sibi obvium in carcерem conjiceret & debiti solutionem eo fortius urgeret. Mirum quod hodierni Actionum injuriarum defensores hunc non eodem modo excusaverint, qua has actiones? Quin enim plausibilius, quam dicere, creditorem jure suo hic fuisse usum, nec debitori solvere nolenti injuriam intulisse, hunc potius sibi inputare debere, quod causam huic violentiae deridit. De jure neminem adstringi ad jus suum remittendum. Ideo iudicia esse constituta, ut suum jus quilibet posse persequi, & leges omnino hanc facultatem exigendi approbare &c.

§. 11. Sed vehementer improbabat dominus hujus rigidi ex-

ADVERS. DIRECTO SCRIPTURÆ SACRÆ. 75

di exactoris processum dicendo: *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, cum rogaſime: nonne ergo oportuit & te misericordi conservitus fici? Ego tui misertas sum.* Et denique concludit cum hoc epiphonemate: *Sic & pater meus caelstis faciet vobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris anno ratiō nāpdiōn īpūō.* Talis remissio offensionem, quæ fieri debet ex intimo cordis affectu aliter fieri nequit, quam si in actu etiam ostendam, jus etiam prætensum remittendo. Ubi adhuc vindico & persequor injuriam, impossibile est ut possim dicere, me remisisse offensionem. Quamdui enim vel polinodiam vel poenam prætendo, tamdui remissio ex toto corde facta non est. Pugnat remissio hæc cum injuriarum actione, quæ dissimulatione tollitur. Quid autem est dissimulatio aliud quam remissio, seu renunciatio juris sui ex offensione quæsiti. Quid vero revocatio injuriæ ad animum aliud est, quam declaratio, quod remittere injurians illud jus nolit, sed vindicare injuriam.

§. 12. Puto ergo exinde evidens esse, Christum non tantum de nudo rancore animi abjicio intelligi debere, sed de omni quovis prætextu quæsita vindicta. Remittere enim talem involvit actum, qui omni actioni injuriarum adversatur, & plenariam reconciliationem requirit. Hoc ipse Salvator quoque Matth. V, 23, 24. inculcat, dum præcipit, ne aliter ad altare munus adferas quam si reconciliatio inter te & fratrem tuum intervenerit. Quæ autem sunt illa munera? imprimis preces. Ergo absque præcedente tali reconciliatione preces sunt abominationi Domino, & consequenter qui actionem injuriarum remittere recusat, ad Deum manus extenderet absque blasphemia nequit.

§. 13. Cum vero etiam concedant Dd. tolli actionem injuriarum, quoties amice cum injuriante versatur Iesus, ut si comedat, ludat & bibat, amice confabuletur, si det osculum,

76 CAP. V. DE ACTIONIBUS INJURIARUM

dextram manum, ipsumque amice salutet aut alio modo eo
familialiter uratur, quatenus hæc omnia non necessitatis vel
officii ratione sunt. Carpz. Crim. p. 2. q. 97. n. 50. seq. certe mi-
randum, quod non idem prædicent de Christiana reconcilia-
tione remissione & amore, qui affectus tamen intensior ad-
huc esse debet quam communia illa amicitiaæ officia & bene-
volentiaæ declarationes. Quodsi ergo hæ posteriores bene-
volentiaæ declarationes tollunt injuriarum actiones, mulro magis
reconciliatio intima Christianis injuncta, conjuncta cum
intenso amore patientia & humilitate.

§ 14. In subsidium quoque hic adducere liceat locum
Pauli Rom. XII. 17. nemini malum pro malo redditio: procurete
bonestiam omnium conspectu: si fieri potest, quantum in vobis est,
cum omnibus hominibus in pace viventes, non vosmet ipsos ul-
ciscentes, (licet juris prætextu hoc videatur esse licitum, quia
Deus corda respicit) dilecti, sed date locum iræ. Scriptum est
enim: Meum est ulcisci, ego rependam, dicit dominus (ergo nec
actio injuriarum hic excepta est, sed in genere sibi dominus
ultionem adscribit) Itaque si feceris inimicus tuus, ciba eum, si
fuerit, da ei potum, (realiter ergo & ipso actu ei amoris & chari-
tatis signa præbere debet, non tantum dicere, se rancore in-
nullum adversus eum amplius gerere, sed jus suum tantum
persequi:) Hoc enim si feceris, carbones ignis coacerubabis in ca-
put ejus. Ne vincitor a malo sed vince bono malum (quomodo
autem bono malum vincitur? scilicet si ex intimo cordis af-
fectu injuriam remittas, & beneficiendo malitiam ejus quasi
mollias) Diserte ergo hic Paulus prohibet ultionem illam,
qua sit explendi doloris gratia fatente ipso Grotio de J.B. ac P.
lib. I. c. 2. §. 8. n. 13. qualis vindicta etiam est injuriarum actio:
nam secundum Ethnicon assertum: *Laso doloris remedium
inimici dolor.*

§. 15.

ADVERS. DIRECTO SCRIPTURÆ SACRÆ. 77

§. 15. Expressius hoc compr̄bat Paul. i. Cor. IV. 12. inquit
ens, *convictis affecti benedicimus, persecutionem patimur & suspi-
nemus, θλιψιμένοι παρακαλεύεται, blasphemias afficimur &
obsecramus.* Heu quam procul ab hoc Apostolico sensu injuriarum actiones, qui pro calumniis, & injuriis, benedicebant patientiam ostendebant & prelabantur. Quod idem Petrus Epist. 1. cap. 5. vers. 8. & 9. valde urget, & Christianos admonet, ne sint *ἀποδιόντες τὸ παῦντι κακόν ἢ λοιδορίαν αὐτὶ λοιδορίας* non retaliantes malum pro malo nec convicium pro convictione, sed contra benedicentes.

§. 16. Et hanc Lutheri quoque fuisse sententiam ostendit quum passim ejus scripta vid. tom. 2. Jenens. Latin. fol. 34. b. tum ipsi adversarii. Sic P. Richard. Archdekin. in Theol. tripart. p. 2. §. 4. p. 298. refert Leonen. X. una cum concil. Trident. damnasse contra Lutherum: *non licere Christianis coram judice posse reparationem injurie.* Ut adeo sententia de iustitia vindicandi injurias ex papizantibus principiis ortum duxerit. Sed forsan veneratio erga ius Romanum impedivit, quo minus tempore reformationis hoc cacoethes simul ejiceretur.

§. 17. Vedit B. Dn. Struvius tract. de vindict. privata hæc & similia dicta, quæ congesit Renneman. de jure Retort. p. 2. tib. 5. valde obstatre retorsioni injuriarum, hinc ut Harmoniam inter hanc & scripturam sacram constituere respondit brevius, hæc dicta non esse simpliciter intelligenda. Et sane inquit, illa scriptura dicta odium erga inimicos probinentia, & ut hostibus benedicamus abortantia simpliciter si sint accipienda, illicita quoque erit injurie vindicatio in judicio.

§. 18. Tam paradoxa tunc temporis habebatur hæc opinio, quam jam defendeo, ut etiam restringenda & nimis limitanda viderentur illa Scripturæ S. dicta, ut modo actiones injuriarum in viridi observantia inter Christianos retinerentur. Sed ego quidem facile concedo totum hoc argumentum, &

K. 3. 2012 bei der Fakultät für Rechtswissenschaften und Kulturwissenschaften der Universität zu Köln

78 CAP. V. DE ACTION. INJUR.

puto in consequente nullum adesse absurdum, cœu hactenus demonstratum.

§. 19. Quomodo ergo secundum B. Struvium sunt intelligenda? Eiusmodi, inquit, dicta prohibent iram, incutant patientiam, non vero prohibent famam, si opus est, defendere. Sed quomodo famam demum defendo? per retorsionem vel actiones injuriarum. Ad quid vero tendunt? neutquam ad patientiam ostendendam, sed ad vindictam, cœu ipsæ leges factentur, & hæc vindicta est essentialis omni actioni injuriarum. Ergo illa responsio revera mentem Christi turbat & evertit. Imo capite sequenti evincam, illum defensionem, quo nomine vindictam judiciale ornat, revera omni patientia repugnare.

§. 20. Sicut itaque evidenter, ut puto, hactenus probatum est, actiones injuriarum repugnare indoli Christianismi, Praxi primitiva Ecclesiae, & directo toti Sacra Scriptura, ita jam quæstio, quæ sèpius moveri solet, facile decidi potest: scilicet, utrum consistoriorum vel pius minister Ecclesiae autoritate ejusdem tales vindictas spirantem tam diu a S. coenæ usu excludere poslit, donec in gratiam cum injuriante iverit, & a processu illo odiose desliterit?

§. 21. Certe id plurimi largiuntur Doctores, ex usu & communione S. coenæ remissam censeri actionem injuriarum adhuc intendam quoniam si seria ejus pœnitentia fuit, ut omnino esse debuit, omnis procul dubio vindicta remissa censetur, adeoque etiam publica Dn. Hoppe ad §. 12. de injur.

§. 22. Sed non puto cessare malitiam & odium in intentata actione, quæ aderat in intentanda. Est enim peccatum continuatum & quamdiu lis pendet, id unice agit, ut finem suum, vindictam scilicet obtineat & ab hoc animo, nisi plene ipsi satisfactum, non discedit. Quis vero diceret ejusmodi eor impurum fide vivida in Christum præditum esse posse? Absque hac vero S. coenæ usus est damnabilis.

§. 23.

ADVERS. DIRECTO SCRIPTURÆ SACRÆ. 79

§. 23. Cum itaque pii ministri Ecclesiæ peccatorem notorum, quique propositum peccandi deponere recusat, uti injuriarum agens, ex obligatione conscientiæ, officii & constitutionum Ecclesiasticarum ab hac Sacra cœna arcere nec iis remissionem peccatorum, quæ alias elusoria fieret, indulgere debeant, merito hoc in casu consistorium hanc exclusionem approbat, promovet & suis decretis firmat. Optime hac de re *reconstitutio Eccles. Elect. art. gen. 7. p. 311.* das Sacramentunehren nicht allein/die es unwürdiglich empfangen/ sondern auch die es mit fleiß unwürdig dingen geben.

§. 24. Sed fere dolendum, quod vel nulla vel rariora admodum sint exempla, ubi hi, qui scienter indignos ad usum S. cœnae admittunt, poenis legitimis essent subjecti, cum contra plura forsitan produci possent, ubi ministri Ecclesiæ fideles indignos excludentes variis incommodis propterea affecti fuerint.

§. 25. Quamvis vero hæc ita sese habeant, miratus tamen sum, quod viderim in Consiliis Theologicis Dedeckenni Vol. 1. p. 1. lib. 3. S. 4. n. 14. responsum Theologicæ Facultatis Jenensis, quæ exclusionem ejusmodi vindictam ratione injuriarum spirantis a Consistorio decretam iustam pronunciavit, ex communi illo præjudicio ac si rancor animi ab actione injuriatum separari poslit. Verba responsi lubet hic adducere, quæ sunt hæc: Demnach ihr vor langer zeit von einer fürnehmten ansehnlichen Person durch injurien und Schmähscriften im Glimpf und ungelegenheit an Ehe und guten Nahmen seid geseket worden/ also daß ihr andere Mittel zu errettung Glimpffs und eures guten Nahmens nicht habet für die Hand nehmen können oder mögen als eben diejenige so von Gott und geschriebenen Ge meinen rechten die injurien damit zu propulsiren maniglich angeordnet seyn und derowegen an gehührenden Ohr-

Ohrten und enden auff vorhergehende gebührliche protestationes und andern rechtlichen Mittel eure hoch geur-
fachte injuriens Klage angebracht und anhangig gemacht.
Da sich auch zugetragen/ daß der Hr. M. N. N. seyl. ingru-
ente liec sich aus welmeindnen und Christlichen Beden-
ken vor seine Person solche injuriens bezulegen und aufz-
zuheben unterstanden/ welches doch aus hochbedenkli-
chen Ursachen der vorgeschlagenen Mittel nach sich solcher
gestalt keines weges hat wollen thun lassen/ als daß ihr un-
nachlässlich eure hochverursachte injuriens Klage zu proce-
quiren gedrungen werdet. Und sich demnach ein Hochwür-
dig Consistorium zu N. ex officio darin schlagen/ und euch
mit Ban und Zwang Mittel dahin treiben wollen/ daß ihr
eure angestellte injuriens Klage zu recht nicht vofführen ol-
tet/ indehm sie euch das Hochwürdige Sacrament zu rei-
chen sich geweigert/ und auch noch bis auff diese Stunde
von eßlichen Jahren her nicht reichen wollen: Wofern es
nun an dehm/ daß ihr euch nicht allein vor dieser Zeit zuei-
nen und mehr mahlen willfährig erboten/ daß ihr sonst
extra quaktionem injuriarum einigen gefasten rancorem
anch in geringsten kein personale odium gegen injurian-
ten nicht tragen/ gleichwohl aber ein ehrwürdiges Consisto-
rium auff vorige suspension a Sacra eocna & piis ritibus be-
ruhet/ und euch den Gebrauch der Hochwürdigen Sacra-
menten gänzlich erwiegert/ es wäre den daß ihr volgendig
mit euren adversario versönet/ und dessen in einem offnen
und sichtbahrden Zeichen ihm die Hand bieten thätest/ ohn-
geachtet/ daß ihr einwendet/ daß ihr ohne verlust eurer
rechtlischen Notdurft die Hand von euch nicht ge-
ben könnet/ sondern auch noch an iho erbiätig/ und willig
seyd/ allen rancorem wie einen Christen gebühret und extra
hujusmodi institutam actionem injuriarum ohne Verlust
eurer

eurer rechtlichen Nothdurft nicht thun will lassen/
gerne hinzulegen. Als sprechen wir vor recht. Daz das
Ehrw. Consistorium die vorgedachte Zwang Mittel fallen/
denen rechten seinen Lauff zu lassen/ und euch zum Gebrauch
des Heil. Abendmahls des Herren zu admittiren schuldig.
In Verbleibung dessen/ wie auch ein Ehren Vester Hoch-
weiser Rath hierzu ersucht/ dem Ministerio derentwegen
ohne frucht/(wie wir nicht hoffen wollen) zu sprechen wird/
ihr als den euch ferners rahts erholen moget/ ob ihr euch
des Heil. Abendmahls des Herren anderer Orten, fähig zu
machen befuget seyd.

S. 25. Si hoc responsum secundum hactenus dicta ex-
aminare & omnes flosculos, qui majoribus literis exarati sunt,
excutere vellemus, plura forent, quæ huic objici possent, nam
communibus illis præjudiciis tam saepius profligatis laborat,
& supponit actiones injuriarum a Deo ipso esse introductas &
approbatas, quod horrendum dictu est. Certe nullam habu-
it causam, Consistorii interdictum injustum declarandi & te-
merarium litigatorem absolvendi a studio & pruritu vindican-
di. Sed forsan infelicitati seculi hoc responsum adscriben-
dum, ubi Doctorum tradita cœco amore adorabantur, non
excutiebantur,

C A P U T VII.

De Actionibus injuriarum veræ Philo-
phiæ adversantibus.

CONSPECTUS.

Cur hoc caput adjectum sit. Sapientie finis summum bonum
§. 1. §. 3.

Quæ Philosophia hic supponatur Non differunt quoad essentiam
§. 2. felicitas hujus seculi & ater-
na ibid.

L

82 CAP. VII. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

na. ibid. Quid ex cognitione
vivida summi boni sequatur

§. 4.

Sapientia vera dedit homines
ad cognitionem propriæ mi-
serie. §. 5.

Inde oritur desiderium purgan-
disuum cor. §. 6.

Quod tamen viribus natura-
libus acquiri nequit. §. 7.

Ethnicorum lapsus hic ostendi-
tur §. 8.

Quid Ethica hic præstet §. 9.

Dedit ad statum humanitatis
§. 10.

Tranquillitatis animi intendit a-
moris unionem. §. 11.

Amoris divisionem. §. 12.

Quid sit patientia. §. 13.

Jus strictum & amor differunt
§. 14.

Quare obligemur ad patienti-
am §. 15.

Cur absque patientia tranquil-
litas conservari non possit.
§. 16. seqq.

Qui vindicat injurias offendit
se longe esse remotum a S. bo-
no §. 18.

Objec̄tio, per patientiam ulteri-
orem occasionem injuriandi
præberi, resolvitur §. 19. seqq.

Distinctio Pustulanitatis & pa-
tientie §. 21.

Distinctio inter honorem exter-
num & internum examina-
tur. §. 22. seqq.

Patientia vita civili valde con-
formis. §. 26.

Ambitiosis actiones injuriarum
propria §. 27.

§. I.

Solent plerumque, qui has defendunt actiones, ad Philo-
sophiae præcepta quoque pro vocare, inde ostensuri, se
contra sapientiae regulas non peccare vindicando in-
jurias. Ergo quoque brevibus hoc commune præjudicium
removendum, ex quo simul apparebit, injurias vindicantes
sapientiam non possidere. Quia eo magis hoc caput vitum
fuit necessarium, quoniam ut supra Aristotelis Philosophan-
di ratione demonstravimus, communis Philosophia eo directa
est, ut patientiam virtutem philosophicam esse neget, quod
tamen oppido falso.

§. 24

VERÆ PHILOSOPHIÆ ADVERSANTIBUS. 83

§. 2. Unde non præcise hic sequor Peripateticam aut aliam: sed imprimis talem, quæ sapientiam suam collocat in vivida & experimentali cognitione veri boni, non nudis & mortuis speculationibus immensa est.

§. 3. Consistit scilicet finis veræ sapientiæ in consequendo summo bono seu felicitate & salute, quæ omnia merito pro Synonymis reproto. Sicuti jam una sapientia est, unumque verum bonum, ita itidem una vera felicitas, una beatitudo & salus esse debet, quæ tranquillitatem animi vel animæ constituant. Hinc hujus seculi vera felicitas non debet esse quoad essentiam diversa ab illa, ad quam omnes post fata tendimus licet imperfectior sit & gradibus quodammodo diversa, propter illas reluctantantes passiones, quæ quidem per veram sapientiam suppressa sunt, sed non extinguntur.

§. 4. Einis illius summi boni requirit cognitionem hujus boni vividam. Cognitio autem vivida nunquam absque desiderio est, illam beatitudinem acquirendi sibi. Hoc desiderium supponit hominem adhuc longe ab illa remotum esse, & sic nunquam bonum illud vivide desiderare potest, nisi cognitio miseriae propriæ antecesserit. Est enim beatitudo & Bonum reductio quædam ad sanitatem. Adhanc nemo aspirare potest, nisi qui prius agnoverit, se esse ægrotantem.

§. 5. Hinc vera sapientia hominem deducit ad cognitionem sui ipsius, suæ propriæ miseriae, ut videat, se esse in statu suo naturali miserimam omnium creaturam, se esse depravatum tam ratione intellectus, (infinitis præjudiciis obtutis & obtenebratis) quam voluntatis (affectibus & passionibus misserrime actæ) & hinc in tanta miseria variis & infinitis impedimentis, viam ad felicitatem summam seu tranquillitatem animi pervenienti obsidentibus, se esse constrictum dolet & agnoscit.

§. 6. Dum vero emergendi ex his miseriis aditum quæ-

L e rit,



84 CAP. VII. DE ACTIONIBVS INJURIAR.

rit, duo animadvertit, 1) miseria fontem non tam intellectui quam principaliter voluntati adscibendum esse, & ita medicinam magis cordi applicandam quam intellectui, qui interim tamen plane deserendus non est. Via ergo prima emergendi ex tali miseria in solida purgatione cordis consistit.

§. 7. (2) Animadvertis, quia in statu illo miseria intime depravatus est, ut emergere ex eo non possit, vires suas proprias hic non sufficere. Hinc se ad potentiores se convertere debere concludit, & inde quereret auxilium, praesertim cum desiderium ad hoc auxilium in se percipiat.

§. 8. Et ita hic subliest Philosophia humana, saltim subsistere debet. Nam non ignoro Ethnico ulterius saepe progressos fuisse & nimis viribus propriis confitos. Dum enim fontem mali in intellectu quererent, & ab hujus emendatione cor quoque mutari putabant, viribus naturalibus attribuebant, quod tamen non nisi supernaturalibus effici potuit: Hinc per speculations suas se summum bonum esse consecutos vane arbitrati sunt.

§. 9. Cum vero Ethica officium imprimis eo respiciat, ut illa summum bonum proponat & demonstreret, homines que quadrantenus ad illud ducat, hinc appetit ipsam per se insufficientem esse ad consequendum illud summum bonum, sed ibi succedere debere divinorem sapientiam. Deducit ergo tantum Ethica hominem a statu bestialitatis ad humanitatem. Sed qui in statu humanitatis est ad huc a statu Christianismi remotus est vid. Dn. Thomas. Sitten-Lehre p. 2. c. 15.

§. 22.

§. 10. Interim licet tranquillitatem animi, quam sub illo summo bono intendit, aliunde plene petere debeat, id tamen ex cognitione miseriae propriæ colligit, se in statu bestialitatis ab amore & unione reliquorum hominum longe esse remotum, & hinc

& hinc si ad statum humanitatis penetrare velit, unice per viam amoris & unionis cum reliquis hominibus se huc pervenire posse.

§. 11. Hinc & colligit tranquillitatem animi simul hanc unionem intendere, præsertim cum in se ductum ad unionem illam sentiat, & puri amoris reliquias quasdam non rato persentiscat. vid. Dn. Thomas. in der Sittenlehre P. 1. t. 2. §. 70. segg.

§. 12. Fo ipso cognoscit hunc amorem ita esse comparatum ut vel omnes homines uniat, velut in specie particulares quasdam personas. Differentias utriusque amoris vid. cit. l. c. 5. §. 3. Amor, qui omnes homines unit, sub se comprehendit imprimis Humanitatem, veracitatem, modestiam & patientiam.

§. 13. De cæteris hic quidem non ero sollicitus, sed unice de Patientia, quatenus illa universalis amori includitur & homines a statu bestialitatis ad humanitatem ducunt. Describitur autem secundum Dn. Thomasum cit. l. §. 59. quod sit virtus, impellens hominem ad ignoscendum eis, qui officia universalis amoris violarunt, sive culpa sive dolo, ita ut sponte & libere vi hujus virtutis renunciet illis mediis, quæ ex jure Natura ipsi supererant, ad pacem & unionem illam universalem conservandam.

§. 14. Multum hinc interesse apparet inter *jus strictum* & *amorem*. Multa ex jure stricto sunt permitta de jure Naturæ, quæ contra amorem sunt, & hinc sæpe amor nos obligat ad illud, ad quod de jure stricto non eramus obligati. Qui nos lædis & officia amoris universalis nobis denegat, nullo jure prætendere potest, ut ei officia amoris exhibeamus. Alias inde sequeretur, ut læsi ex suo delicto jus nanciscerentur a nobis exigendi, ne paria ipsis retribueremus. At leges amoris altius tendunt, & sæpe non permittunt, ut quis jure suo stricto uti possit.

86 CAP. VII. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

§. 15. Cum enim patientia universalis amori includatur, & sic illa totum genus humanum respiciat, certe hoc intuitus ad illam obligatum esse agnoscere debet, ad quam non erat obligatus intuitus solius laudentis. Quin cum per juris stricti executionem magis impediri quam promoveri videamus tranquillitatem animi nostri, hinc vel hoc intuitu ad patientiam obligamur.

§. 16. Quod vero sine hac patientia tranquillitatem animi conservare nequeamus inde pater. Scilicet patientia conservat anorem & unionem, quae tranquillitatis animi fundamentum est. Patientiae vero opponitur vel bellum vel alia vindicta, qua laesus satisfactionem querit. Ubi bellum ubi vindicta & stricti juris executio, ibi pax nulla, sed demum recuperanda. Sic ergo revera defectus patientiae pacem tollit & amorem illum, quem conservare poterat, rejicit.

§. 17. Urges equidem offensorem eo ipso, quo nos laedit, indicare, sua non referre, utrum pacem an bellum eligamus. Et recte. Sed tamen tamdiu pax & tranquillitas conservatur, quamdiu laesus pacem conservat per patientiam. Qui evomit in te injurias, se tibi hostem ostendit, & amoris vincula, quantum in se est, dissolvere conatur; sed si tu quoque per vindictam & satisfactionis petitionem illam injuriam persequaris, quid aliud ostendis, quam te tranquillitatem animi abjicere, eligere bellum ante pacem &c.

§. 18. Quid tam stolidus es, ut eo ipso indices, te veram animi quietem non possidere, nec illam desiderare. Ostendis enim, inter summum bonum tuum te etiam referre honorum, quem cum laesum putas, & sic judicialiter vindicas, verum summum amittis bonum. Nec honor, nec ejus laesio putativa sumimum bonum aufert.

§. 19. Optime Excell. Dn. Thomas in der Sittenlehre p. 2. c. 5. §. 87. hac de re differit ostendens, honorem externum non

non pertinere ad tranquilitatem animi, & sic culpam in eo esse, quando per laisionem honoris externi tranquilitas animi turbatur, quo ipso removet objectionem, quasi per patientiam alteri occasionem præbeam me ulterius injuriis gravioribus afficiendi. Ita autem pergit §. 88. Wie müßtestu thun/ Wenn dich Gott hätte lassen in einen so geringen Stande geboren werden/ als dich der andere tractiret. Zudehm so steht es nicht in des andern Vermögen/ dich zu beschimpfen oder unehrlich zu machen/ wenn deine Tugend dich davon frey spricht. Und du hast/ wenn du weise bist seine That nicht anders anzusehen/ als das Thun eines Trunkenden/ der in die Steine krasset und dich heraus fordert/ wenn du in guter Ruhe ligest und schläffest.

§. 20. Ostendit porro ex natura hominis in sequentibus patientiam magis ipsum ab ulteriori offensione abducere, quam ut eo ipso ansa ipsi præbeatur ad maiores injurias, quæ ulterius hic excutere nolo, *B. L. ad cit. l. laudati Autoris* alegans.

§. 21. Sic ergo sapiens est patiens, non quod formidine alterius potentia tantum talis sit, & sic vindictam tantum differat quod illam non posse, quamquam velit, exercere, sed potius solius virtutis amore, quod optime posse perseguiri injurias, sed ad pacem & amorem conservandum nolit. Ita ergo pusillanimem bene distingves, a paciente.

§. 22. Ex his dijudicari potest distincio vulgaris inter honorem externum & internum. Internus, quia virtutis præmium & summi boni necessarium consecutivum est, a nemine auferri potest. Intus enim dominatur. Intus sibi constat, ab omni ambitioni alienus. Externum si ad summum bonum tuum referas, si in eo tranquillitatem mentis quæras, jam non virtutis sed ambitionis insatius partus est, & hinc non mirandum, quod adeo Superos Acherondaque movere fata-

88 CAP. VII. DE ACTIONIBUS INJURIAR.
fatagis, si injuria afficiariis. Infallibile puto *γνοπίσμα* ambitionis esse, qui tot lites de perpesta injuria movet.

§. 23. Imo qui injurias vindicat, testatur se longe alienum esse a vero conceptu honoris. Declarationem honoris læsi petis. At ille non potest lädi. Aëstimas injuriam, imo fateris te adeo illa injuria motum esse, ut malis jacturam milie thalerorum perpeti, quam hanc injuriam inultam relinquere. At ita ostendis, tibi honorem illum putativum magis corde esse quam verum.

§. 24. Cæterum honor ille externus seu bona fama consistit in bona existimatione virorum honestorum gravium & prudentiam de nobis ob virtutes. An vero credibile est famam meam propterea minui apud prudentiores, quod vilissimus nebulo mihi injuriam inferat? Ita sane fama mea cuivis pessimus judicio subjecta foret. Prudentius judicant leges asserentes, per famosum libellum non lädi alicujus honorem. *un. C. in f. de fam. libell. l. 3. C. de injur.*

§. 25. Sicuti jam virtus nostra famam illam apud bonos nobis parat, ita tantum delicta, vitia, & crimina infamiae causam constituunt. Cave tamen ne studium inclarescendi ad virtutem, & contemnitum ejus ad vitia cum Philosophia profana referas, a quo nāvo nec leges Romanæ alienæ sunt, ceu insipienti titulum *ff. de bis qui not. infam.* patebit. Nam præprimis hic humilitas & patientia bonam famam pariunt contra ac philosophia profana inculcat. *Conf. Dn. Thomas, disp. de Philos. Jur. §. 105.*

§. 26. Sed urges: Atqui hæc tua Philosophia pedantissimum sapit, nec apta ad vitam civilem, hinc omnino ex tuo etiam judicio deserenda. Nimis ridicule vero judicas, mi amice, qui tam præcipitanter judicas. Respondeat pro me Dn. Thomasius cit. l. §. 102. inquiens: Meine Philosophie ist dem gemeinen Bürgerl. Leben nicht zu wieder/syndern vielmehr aller-

allerdings gemäß. Der das grösste Phlegma hat / kan den galantesten artigsten Kerl in der Welt abgeben. Je mehr Gedult einer hat / jemehr kommt er bey Hoffe fort. ic.

§. 27. Sed ut denique finem hisce meditationibus addam, contraham hactenus dicta inde concludens. Cum sapiens omnem ambitionem alienam a se noverit, simulque in se sentiat injuriis tranquilitatem animi non turbari, & patiendo illam conservari, certe solis ambitione ductis reliqua remedia vindicandi injurias : ast hi sapientiam non possident. Die verächtliche Hochmuth / inquit rursus Dn. Thomas. it. l. c. 10. §. 39. gebiert nothwendig die Empfindlichkeit der Beleidigung. Denn wer sich höher hält als andere / muss heftig empfinden / wenn ihm andere beleidigen / weil die Beleidigenden deutlich bezeugen / daß sie ihn geringer als sich halten oder wen die Beleidigung aus Versehen geschehen / dennoch so hoch nicht halten / als er durch bedachtsame Hochachtung gehalten zu werden prætendit et c.

C A P U T . VIII.

De Actionibus injuriarum repugnantibus
Ethnicorum traditis & exemplis.

C O N S P E C T U S.

Cur hic provocetur ad exempla tradita Ethnicorum §. 1. In sapientem non cadere injurias probatur ex Seneca ditis §. 5.

Seneca scripta commendantur §. 2. Insipientes commoventur injurias §. 6.

Duo exempla de Catone §. 3. Sapiens patienter fert injurias §. 7.

Judicium Seneca de his, qui vulgariter opinionem sequuntur §. 4. Injuria apud sapientem non sunt injuria M

90 CAP. VIII. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

- injurie §. 8.* *Tolerancia ejusdem erga uxorem ibid. Responsio ejusdem,*
Optima ultio, non revocare injuriam ad animum §. 9. *ad interrogationem, cur Xantippem uxorem duxerit §. 18.*
Doctrinae Celsi Platonis Taciti *Cur non vindicaverit injurias*
&c. §. 10. seqq. *§. 19.*
Ethnici judicarunt gravius esse *Exemplum de Attico & Diogeno §. 20. seq.*
ingnoscere quam domare gentes barbaras §. 15. *Epicrisis de bisce exemplis &*
Julii Cesaris exemplum ib d. *traditis Ethnicorum §. 22.*
Exemplum de Socrate colaphis percusso §. 16. *At Aristotelis sententiam supra*
De eodem in publicis cœmediis scommatibus affecto §. 17. *c. i. relatam respondetur ex Rennemann. §. 23.*

§. 1.

Veterum Philosophorum sententiae & exempla et si persenihil probent, lucem tamen sententiae bene rationibus stabilitatem afferunt, ut ita instar ornamentorum esse soleant. Hic autem imprimis feligendas esse duxi Philosophorum Gentilium sententias, quo tandem Christiani Doctores in ruborem conjiciantur, quod defendenda suscepint, quæ ab ipsis Ethniciis reprehensione digna judicata.

§. 2. Imprimis autem hic ante alios commendo Senecæ placita quæ licet divisionis lucis afflata destituta sint, ita tamen comparata, ut hodiernam vivendi rationem merito Christianis exprobrent, ostentia, illam nequidem secundum lumen rationis esse institutam.

§. 3. Quod Senecam concernit, doctrinam de injuriis & ultiōne explicuit singulari libello de Constantia: *S. insipientem non cadere injurias*, quo ipso titulo generali indicat, non moveri sapientem injuriis, hinc nec vindicare aut perseguiri easdem posse, etiamli essent atroces. Hinc quarit. 14. *Sapiens lapsis*

lapbris percussus quid faciet? quod Cato, cum illios percussum esset: non exceduit, non vindicavit injuriam, ne remeget quidem, sed factam negavit. Majore animo non agnovit quam ingnovisset. De eodem lib. 3. de irac. 38. hæc refert: *Cum Cadoni causam agenti in frontem medium, quantum poterat attracta pingui saliva inspuisset Lentulus, ille patrum nostrorum memoria factiosus & impotens, abstergit faciem & affirmabo, inquit, omnibus, Lentule, fallicos, qui te negant os habere.*

§. 4. Et quamvis propterea variis judiciis hominum exponatur sapiens non vindicans injurias, non tamen propterea indulget vanitati humanae. Non respicit sapiens, inquit Seneca cit. l. quid homines turpe judicent, aut misérum: non it, quia populus, sed ut syderia contrarium iter mundo intendunt, ita hic adversus opinionem omniū vadi. A communi illo præjudicio sapientem liberatum esse, indicat quoque c. 1. de vita beata inquisiens: *Nihil magis præstandum est, quam ne pecorum ritus sequamur ante edentium gregem, pergentes, non qua eundum est, sed qua itur.* Atqui nulla res nos majoribus malis implicat quam quod adrumorem componimur, optima rati ea, que magna assensu recepta (uti etiam magno assensu recepta est actio injuriarum) quorumcunq; exempla sunt (sicuti de actionibus iniuriarum p; eni sunt omnes libri:) nec ad rationem sed ad similitudinem vivimus.

§. 5. Cur vero sapiens communibus sententiis non insistit in hac doctrina? cur non cum aliis actiones injuriarum defendit? Respondet variis modis Seneca de Conf. c. 2. *Tutus est, inquit sapiens necnulla affici aut injuria aut contumelia potest non quod non tentetur de facto injuriis, nam inquit, nihil in rerum naturam sacrum est, quod sacri legium non inveniat cap. 3. sed quod injuriis non commoveatur, nec laedatur & ita quasi invulnerabilis sit Itaque, pergit, non refert quam multa in illum conjiciantur tela, cum sit nulli penetrabilis.* Quomodo?

92 CAP. VIII. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

do quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamus, aut cordi vel teri potest, sed incurrentia ulro retundit: quemadmodum quedam igne non possunt consumi sed damna circumfusa rigorem suum balitumque conservant, quemadmodum projecti in altum sc. puli mare frangunt, nec ipsi ulla saevitie vestigia tot verberati seculis ostendant: ita sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam tatus sit ab injuria, quam illa, quae retulit. Sic &c. 4. itidem asserit: quicquid sit in sapientem, proterve petulantem superbe, frustra tentatur.

§. 6. Revera ergo a sapientia procul absunt, qui injuriis hominum ad vindictam commoventur. Reprehendit hanc stultitiam acute cap. 4. inquiens: Ad tantas inepias pervenitum est ut non dolore tantum, sed & doloris opinione vexemur more puerorum, quibus metum incutit umbra, & personarum defrmitas & depravata facies. Et cap. 9.: Injuriam nemo immota mente accipit, sed ad sensus ejus perturbatur. Caret autem perturbatione vir erectus moderator sui alt& quietis & placide.

§. 7. Sapientes contra omni dolore vacui. Pace & tranquillitate gaudent sincera. Et ad hanc conservandam norunt patientia contra omnes injurias opus esse, illamque virtutem imprimis a sapientia commendari. Omnia sic patitur, inquit Seneca c. 9. ut biemis rigorem ut intemperantium colli ut fervores morbosve & cetera forte accidentia, & paucis interjectionis: Sapiens omnes injurias in altum dimittit, patientisque ac magnitudine animi se defendit. Sic in certaminibus sacris plerique vicere cedentium manus obstinata patientia fatigando. Ex hoc putat genere sapientem eorum, qui exercitatione longa ac fidelis robur perpetendi laßandique omnem inimicum vim consecuti. Quo & Publili sententia referenda: Ingenuitas non recipit contumeliam.

§. 8. Optime quoque magnus hic Philosophus indolem injuriæ intuetur, & illam solummodo ex perturbatione animali e-

REPUGNANT. ETHNIC. TRADIT.

93

mi ejus, qui illam patitur determinat. Non negamus, inquit c. 16. rem incommodam esse verberari & impelli & aliquo membro carere, sed omnia ista negamus injurias esse. Non sensum illic doloris detrahimus sed nomen injuria, quod non potest recipi salua virtute.

§. 9. Sicuti vero cap. seq. demonstrabimus, actiones injuriarum etiam regulis prudentiae adversari, ita etiam hue tendere videtur Seneca c. 7. inf. inquiens: *Genus ultionis est, eripere ei, qui fecit contumelie voluptatem (qua inde nascitur, quoties injuriam perpeccus illam ad animum revocat) Solent dicere: miserum me, puto non intellectus; adeo fructus contumelie insensu & indignatione patientis est.*

§. 10. Certe, plurimi Philosophorum consona Christi Praeceptis tradidisse & ipsi Ethnici fassli sunt, ceu hanc in rem ex Kortholdo Dn. Budeus de Concord. Relig. Christ. statusque civil. c. 2. §. 2. adducit Celsum hostem Christianorum acerrimum, qui de Christianis ita: *Habent Christiani precepta hujusmodi, injuriam ne repetito. Quod si quis etiam in maxillam te percussere rit, obverte ei alteram. Vetus & hoc est longe dulcior antea, sed heic commemoratum rusticus: quo' pso osor ille Christiani nominis ostendere voluit, in contemptum scilicet religionis Christianae, nihil esse egregium & præclarum in Christianorum disciplina, quod Gentilium Philosophi jam pridem non fuerit perspectum, uti optime judicat Dn. Buddeus cit. l.*

§. 11. Illud quoque judicium quod in hac materia suggerit Tacitus lib. 4. Annal. non videtur spernendum esse ita vero ille: *Convitia, sin irascari, agnita & dentur: (Ulti germanice loqui amamus er ziehet es sich zu Gen. üthe/ er findet sich bei offen. Ita enim sumus comparati ut in iis injuriis, quarum veritas nos tangit, magis ad iram & vindictam proclives simus, quam ubi plane injuria nostram conscientiam non afficit) spreta exolescent. Judicium hoc politicum capite sequenti ulterius excutiendum.*

M 3

§. 12,



94 CAP. VIII. DE ACTIONIBVS INJURIAR.

§. 12. Plato certe aliter ac hodierni Philosophi suos intruxit inquiens: *Convitiis affectis vide, nunquid a te convitio dignum sit patrum. Si nihil animadvertes, fumum illud esse existimato. Quis vero propter fumum actionem moveret, quis propter rem inanem?*

§. 13. Non possum quin etiam hoc adjiciam verba Antisthenis Ethnici, maledicta ab aliquo passi inquietis apud Valer. Maxin. Lib. 1. *Non mibi sed illi qui in se, quod ille culpat, agnoscit, etiam si mibi maledicere curet, ego non curo, quia auditus lingua debet esse robustior; cum singulis hominibus lingue sint singula sed aures binæ, aliquatenus tamen curo, quia eo me ipso superiorum facio, cum superioris personæ usus hoc pati, inferioris vero facere. Gauderem proinde, nisi urgente humanitate compaterer infelici.*

§. 14. Sed revertor ad Senecam qui lib. 5. de ira c. 26. de patientia hæc affert: *Non possum inquis pati. Grave est injuriam sustinere. Mentiris. Quis enim injuriam non potest ferre quid potest iram? Adice nunc, quod id agis ut iram fras & injuriam. Quare fers egrinabim & Phreneticī verba? puerorum protertos manus? nempe quin videntur nescire quid faciant. Quid interest, quo quisque vitio fiat imprudens? imprudentia par in omnibus patrocinium est. Quid ergo, inquis, impune illierit? Maxima enim est injuria pena, fecisse, nec quisquam gravius afflittur, quam qui ad supplicium patitentie trahitur.*

§. 15. Hoc tamen ipsi Ethnici fasli sunt, difficile esse, cohibere vindictam & iram, remittere injuriam, & obliuisci calumniarium, & sic etiam Senecæ sententiam relatam intelligo, qui, ut ex aliis ejus traditis patet, omnino hic difficultatem agnoscit ob malitiam ingenitam: unde patientiam hanc Ethnici ad virtutem quandam divinam retulerunt. Cicero pro M. Marcello longe gravius judicat, vincere animum, iracundiam cohibere adversarios jacentes extollere & beneficiis afficer

REPUGNANT. ETHNIC. TRADIT.

95

cere, quam domare bello gentes immanitatem barbaras. Nam hic tantum vincuntur ea quæ & naturam & conditionem ut vinci possint, habent. At ut animus ultius vincatur adeo difficile judicat, ut hunc etiam simillimum Deo judicet. Bene Mantuanus.

Arduares viciſſe alios, victoria major.

Eſt, animi fluctus compoſuſſe ſui.

Oſtendit id ſuo exemplō Julius Cæſar, qui, dum audiret, Ca- tonem ſibi manus violentas intulisse, respondiſſe fertur: Jam mihi maxima victoria eripitur, coſtitueram enim mecum, o- mnes injurias, quibus me offendereat, ei remitttere.

§. 16. Sed & aliis exemplis Gentiliū Christianos in ru- borem conſicere quid vetat? Socrates certe singularia pati- entiae edidit ſpecimina, quæ ubi viſis deprædicantur. Imo in tantum animum ultorem vicit ut pleraque convitia in lufum jocumque converterit teſte Seneca lib. 3. de ira cap. 11. ubi ita de hoc sapiente: *Socratum ajuſt calapho percuſſum nibil amplius dixiſſe quam moleſtum eſſe, quod noſcirent homines, quando cum galea prodire deberent.* Non quemadmodum facta sit injuria re- fert, ſed quemadmodum lata.

§. 17. Idem c. 18. de conſtant. de patientia hujus sapien- tis ſequentia refert. Socrates Comædiarum publicatos in ſe & ſpectatoſes in partem bonam accepit, riſitque non minus, quam cum uxore Xanthippe immunda aqua perfunderetur. Cum enim Socrates Xantippem diutius in ædibus ſibi conviriantem per- tulisset, tandemque feflus ante fores conſediffet, illa viri qui- ete magis irritata de fenestra perfudit eum lotio, ridentibus qui præteribant, & ipſe adrisit Socrates dicens. *Facile diuina- bam, poſt tantum tu mitru pluriam profuturam.* vid. Pfanſtich de Prohib. verbal. injur. retor. p. 158. n. 6, 2.

§. 18. Imo adeo patientiae deſiderio duecebatur, ut inter- rogatus, quare improbissimam foeminam Xanhippen uxorem duxiſ-

96 CAP. VIII. DE ACTION. INJUR.

duxistet responderit; Cum ipse uti hominum consuetudine cupe-
rem, hanc mibi quesivi, quoꝝ futurum scirem, ut si eam tollerare
possem, facile cum universis hominibꝫ ceteris versarer. Xenophon
in convivio p. m. 876. lit. c. A. Gellius N. attic. lib. 1. cap. 17. tam
admirando conatu animum ad tolerantiam & patientiam in-
durare voluit.

§. 14. Sapiens itidem responsio erat, quam dabat ei, qui
valde admirabatur, quod plane non commoveretur conviti-
is, quibus s  pissime lacescebat. Mibi, inquit, non male dicit,
quandoquidem ea qua dicit mibi non adsunt, nec in me h  rarent.
Eratm. lib 3. Apophtegm. in Socrate n 57.

§. 20. Quid vero de Tito Pompon. Attico dicemus? De
hoc Cornel. Nepos in vita ejus ita: Sit liberalitatem utens
nullas inimicietas gessit, quod neque laedebat quenquam, neque
si quam injuriam acceperebat non malebat oblivisci quam ulcisci.

§. 21. Diogeni Philosophi patientiam in ferendis injuri-
is publice depr  dicat Seneca lib. 3. de irac. 38. his verbis: Cum
Diogeni de ira maxime differenti adolescentis protervus inspuit,
tulit hoc ille leniter ac sapienter. Non quidem inquit irascor, sed
dubito tamen an irasci oporteat.

§. 22. H  c autem exempla non ideo adducta sunt, quasi
eo ipso declarare vellem, in Ethnicis injuriarum contemnum
& patientiam rationem verae virtutis, quoad totam suam &
genuinam essentiam considerata habuisse: nam hoc pr  judicium
jam supra remotum: cum contemnus injuriarum &
patientia ab alio principio in Gentilibus arcessi poslit: sed ut
natur   v  paxov tantum cum dissentientibus disputarem, qui
Gentilibus sententiis assveri, omnia ejusmodi flosculis incru-
stare solent.

§. 23. Quid vero de Aristotele fieri, quem c. i. §. 17. seqq.
dissentientes in suam trahunt partem? Permittam dissentien-
tibus, ut sub hujus clypeo securitatem quarant, Ego vero
non

non in convenientia puto esse verba Rennemanni tr. de jure
revisor injur. p. 2. lib. 27. lit. 2. inquietis: abeat ex philosophico cho-
ro Aristoteles, sanctus ille Philosophus & Theologorum pene Deus,
qui latenter inuria, si vindictam negligent serviles homines
judicio fere servi proclamat. Rectius sine dubio sapientissi-
mus Salomo Prov. XIV. 29. qui patiens, ille sapiens: impatiens
autem stultitiam suam manifestat. conf. Prov. XIX. ii.

C A P U T IX.

De Actionibus injuriarum regulis pruden-
tiæ adversantibus.

C O N S P E C T U S.

P rudentiam plerique ambiunt §. 1.	juriarum actiones §. 9. Qui ignoscit, lucrum sentit §. 10.
Hinc hoc caput adjectum §. 2.	Imprudens est, qui ostendit, se affici inuria §. 11.
Prudentia saepe postulat ut aliquid de jure remittatur §. 3.	Imprudens est qui se per actiones in- juriarum ulteriori hominum dif- famationi exponit §. 12.
Prudentia in remittentis injuria generatim expenditur §. 4.	Imprudentes sequitur, qui actiones has instituit §. 13.
Nihil perdit qui injuriarum agere desistit §. 5.	Seneca monitum §. 14.
Objectio de damno pecuniario ex perpessa injuria emergente §. 6.	Prudentie est adversarium benefi- cia demulcere §. 15.
Injuriarium actio non est medium damnum ibid avertendi §. 7.	Imprudentia contra, per actiones has reconciliationem coactam querere §. 16.
Ostenduntur alia media, quibus ta- lis incommoditas evitari possit, §. 8.	Illustratur ex Seneca §. 17.
Ostenditur damnum augeri per in-	

§. 1.

Plurimi sensum pietatis abjecerunt. Pauci regulas amo-
ris in pretio habent. Imo pauci philosophantur & sic
veræ

N

98 CAP. IX. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

veræ patientiæ præceptavitia reputant. Plerique tamen prudentiam ambiunt, quia objectio imprudentiæ defectum judicii indicat, a quo omnes longe remoti esse malunt.

§. 2. Quem ergo nec pietatis cultura, nec amoris & patientiæ studium a vindicandis injuriis arcere potest, hunc ut secundum prudentiæ regulas, quas tantopere se in pretio habere gloriatur, hæc vindicando injurias remedia examinet, regamus, & diligenter inquirat, an prudenter agat, qui se litiibus hisce in anibus immiscet.

§. 3. Prudenter certe ubique habitum fuit, sæpe quid de jure suo remittere, modo a lite quis liberetur, licerat talis remissio cum damno quodam haud spernendo sit conjuncta. Norunt enim prudentiores, hodiernam procedendi rationem tot implicatam esse ambiguitatibus & difficultatibus, ne dicam, sæpe sordibus & corruptionibus, ut plerumque securus aget, qui transigit, & sæpe minimum pro maximo accipit, quam qui incerto eventui causam suam committit. Inde ortum Vulgatum illud: utilius macre concordium, quavis pingui sententia, ein mager Vertrag ist besser als ein fetter Bescheid. Ill. Dn. Stryk, introd. ad Pr. for. c. 2. §. 2. quo & spectat prudens Icti Ulpiani assertum in l. 4. §. 1. ff. de alien. iudic. mut. cauf. Hac verecundia cogitatio ejus, qui lites exerceratur, non est vituperanda.

§. 4. Quodsi eousque prudentiæ regulæ nos ducunt, ut etiam, ubi damnum pecuniarium reale imminet, de nostro jure quid remittere proficuum sit, quando magis id remediis vindicandi injurias applicandum, ubi si plane agere desistas, nihil perdis: si ignoscas, lucrum sentis: si vindictam queras, immenso mari omnis inquietudinis te committis: si denique alterius injuria te non vinci ostendas, ab omnibus prudentioribus laudem & gloriam mereris.

§. 5. Nihil perdis, dixi, si plane agere injuriarum desistas,

REGULIS PRUDENT. ADVERSANT. 99

itas. Cum enim nihil tibi ablatum, nihil quoque ejus nomine tibi restitu potest. Ubi vero nihil restitu potest, ibi per se nullum damnum. Frement imprudentiores, te injuria affectum, & famam tuam alterius injuria esse laſam. Quid vero inde? Num imprudentiorum jūdicio te conformare vis qui prudenter incedere desideras? Num ob imprudentiorum ini- quum judicium tibi ipsi obesse intendis?

§. 6. Imo revera aliquid, respondes, dum revera jacturam in patrimonio meo patior, si non vindice injuriam. Pone enim, me esse artificem, & aliquem me diffamare vel propter artem meam vel alio modo, quid si me multis debitis obnoxium clamitet, & sic fidem meam inter reliquos homines vacillandem faciat, ut non possim ulterius commerciis re- liquorum hominum vacare, nonne eo ipse ingens damnum in me redundat?

§. 7. Hæc objectio sat speciosa est. Et certe non diffite- or, sèpe injurias post se trahere per consequentiam damnum aliquod pecuniarium. Ast de hoc non hic quæritur: Sed im- primis de actionibus injuriarum, an harum omissione detri- mentum sentias. Si damnum aliquod ex alterius injuriis sen- disti, certe per actiones injuriarum id reparare nequis, quia hæc ad meram poenam ad vindictam tendit. Pone jam, tuam fidem per alterius diffamationem aliquomodo esse labé factatam, certe injuriarum actione fidem illam (den Credit) rursus tibi reconciliare nequis.

§. 8. Non defunt vero alia media, quibus huic damno imminent, quod plerumque in lucro cessante consistit, obvi- amiri possit. Ostendas ipse, te non esse tales, qualem te alter diffamatione sua depinxit. Imo & vitæ tuæ rationem ita instituas, & munere tuo tibi commissaria fungatis, ut statim primo intuitu calumnia iniquitas appareat. Plerumque, si ex injuria damnum pecuniarium impingeat, in culpa est injuria-

100 CAP. IX. DE ACTIONIBUS INJURIAR.
tus, quod vita sua male ante acta occasionem dederit, ut re-
liqui homines calumnia ejusmodi fidem haberent.

§. 9. Et si denique revera damnum aliquod incurras, ac-
curatum examen instituas quæso inter molestias actionis in-
juriarum & damnum quod ex injuria sentis. Si damnum in-
de forsan perceptum patienter ferres, tolerabilius foret adhuc,
quam ubi incerto & molestissimo pro cessu te committis & in-
super per aliquod annos eo ipso defatigaris. Duplex inde dam-
num revera sentis: primum, quod ex alterius injuria oritur,
quod sperni poterat; alterum ex animo vindicandi injuriam,
dum te ipsum quasi consumis, durante tali processu per tem-
pus longissimum, quo nihil hodie facilius est. Et Denique si
sententia sequatur, illa vel tendit ad palinodiam: ast sic repa-
rationem damni non habes vel aestimationem ast illa aesti-
matio judicis arbitrio subjicitur & sæpe tanta non est, ut jactu-
ram temporis mœroris angorisque & aliarum molestiarum
pendente processu perpetuarum compensare queat.

§. 10. Si ignoscas, dixi, lucrum sentis. Quale vero hoc?
Lucrum certe est, ita agere, ut sanitati tuæ consulas, iram re-
frenes, vindictæ non indulgeas. Lucrum est, ingnosendo
hostem seu adversarium in suas partes trahere, patientia eum
inducere, ut agnoscat sponte suum calumniandi animum. Lu-
crum est, ostendere adversario tela in nos directa in ipsum re-
tundi, si enim videat, te injuriam illatam ad animum non re-
vocare, inde potius ipsi mœror oritur, quod videat, se sine suo
excidere. Finis enim omnium injuriarum est, male alicui fa-
cere, qui finis si non obtineatur, sibi ipsi injurians male facit.
conf. cap. antec. §. 9.

§. 11. Imprudentia ergo est, adversario ostendere, se tan-
gi & affici sensibiliter illa injuria: at vero hoc fit per actionem
injuriarum, quia hæc non aliter instituitur, quain si injuria ad
animum fuerit revocata. Optime sapientissimus Salomo Pro-
verb.

REGULIS PRUDENT. ADVERSANT.

101

*verb. XII. 16. Stultus iram suam mox ostendit: prudentis vero est,
contumeliam non agnoscere. Inde quoque Scriban lib. 1. polit.
c. 17. inquit: Vis adversarium in te injurium mæroribus affici?
ride. Vis indignationibus lacinari, ne verbo eum dignare. Vis
videre supplicem, beneficiis cumula.*

§. 12. Imprudentia est, se per actiones injuriarum expo-
nere ulteriori hominum judicio. Injuria male illata cito pe-
rit, si illam ad animum non revocas. Fumus est, qui mox eva-
nescit. Ast tu ipse per actiones injuriarum efficis, ut in ho-
minum memoria & mente hæc calumnia altas radices agat.
Continuato enim processu continuatur memoria injuriæ, &
crescente lite crescit & magis divulgatur diffamatio, ita ut inde in graviorem quandoque suspicionem adduci possis, ceu
cap. antec. §. n. ex Pauli dicto illustratum.

§. 13. Imprudentia est, indulgere libidini imprudentium.
Dicis recontemni ab aliis, si non vindicas injuriam. Quinam
vero sunt illi contemtores? prudentes certe non sunt. Im-
prudentes ergo, vid Proverb. XI. 12. At horum judicio non
standum. Prudentiores aliter judicanti & bene fecisse una-
nimiter sentient, horum autem judicium præferendum.

§. 14. Prudens certe monitum est Seneca, lib. 3. de Ira.
§. 11. inquistis: Non expedit omnia videre, omnia audire: mul-
te nos injura transeunt, ex quibus plerasq; non accepit. qui nescit.
Non vis esse iracundus? ne sis curiosus. Qui inquirit, quid in se-
dictum sit, qui malignos sermones etiam si secreto habiti sint, e-
ruit, se ipse inquietat. Quedam interpretatio eo per ducit, ut vi-
deantur injuriæ. Itaq; alia differenda sunt, alia deridenda, alia
donanda

§. 15 Denique adjicio hic regulam Excell. Dn. Thomasii:
quam ponit in den Grund-Lehren P. I. c. 17. n. 83. docentis
Das kein politischer und sicherer Mittel seyn seine Feinde
zu entkräften/ als 1) ihnen gutes zu thun/ 2) ihre Beschäm-
pfung

N 3



102 CAP. IX. DE ACTIONIBUS INJURIAR.

psfung und zugefügten Schaden nicht zu empfinden. De ultimo jam dictum. Quod primum concernit, in ruborem certe adversarium conjicio, dum illi, qui me male habuit, benefacio. Ast sic nihil facilius est, quam demulcere animum ejus, ut sponte veniat, & injuriam agnoscat. Hunc in sensum accipio Salomonem *Prov. XXV*, 21. seq. inquit: *Hingert dein Feind/ so sveise ihn mit Brod/ dürstet ihn/ so tränke ihn mit Wasser/ dan wirst du Kohlen auf sein Haupt sammeln/ und der Herr wird dirs vergelten/ h.e. si adversario tuo benefacias, hoc ipsum quasi ignis quidam incendet eum & urget ad reconciliationem.*

§. 16. Pretiosior & gloriosior hæc reconciliatio est, quam si hostem tuum per actionum injuriarum cegas ad declarationem, ad recantationem, vel deprecationem. Nihil certe absurdius, quam ex declaratione alterius coacta vel etiam deprecatione velle argumentum reconciliationis ducere. Imo magis exacerbantur animi hominum & extra statum amoris mutui collocantur. Imprudentis autem est ita vindicare injurias, ut majoribus & ulterioribus adhuc exponaris.

§. 17. Eleganter rursus Seneca *Lib. I. de benefic. c. 3.* inquit: *Officia etiam ferre sentiunt. Nec ullum tam immansuetum animale est, quod non cura mitiget & in amorem sui vertat. Mordeat injurians calumniis. Beneficia prudenter applicata morsum cohiebunt. Neque putes indigno conferri beneficium. Tibi tuæque saluti eo ipso consulis, & turpis utique foeneratio est beneficium expensum referre. Imo hoc est magni animi & boni proprium non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa & post malos quoque bonum querere, ait Seneca cit. loc. cap. I.*

CAPUT

C A P U T X.

De Officio boni judicis circa actiones
injuriarum institutas.

C O N S P E C T U S .

- An ex hac tenus dictis sequatur, Ex declaratione rei ab initio litigii
judicem de injuriis non debere aliquando iudex inferior acto-
rem a limine iudicium repellit §. 8.
Ius dicere §. 1.
Quenam hic potestas iudici superi-
ori sit concessa §. 9.
In quem finem hujusmodi epicri-
fies fiant §. 2.
Mevii sententia de prudentia iudi-
ciorum circa has actiones §. 10.
Judicis officium quatenus hic con-
sideretur §. 3.
Retardare aliquando hic iudex po-
test processum §. 11.
An judex peccet in conscientia in-
dicando in hisce actionibus §. 4.
An publica deprecatio agroti per
ministrum Ecclesie facta tollat
hanc actionem §. 12. seqq.
Judicis officium in tentanda, recon-
ciliacione. §. 5.
Quandoque ad transfigendum com-
pellere potest litigantes. §. 6. seq.

§. 1.

Cum itaque hac tenus per aliquod capita injustitiam & imprudentiam actionum harum inspexerimus, cautio-
ne summa opus est, ne præcipitemus nostrum judici-
um & tales conclusiones inde formemus, quæ prudentiæ &
justitiæ regulis magis repugnant, quam convenient. Quid
enim facilius est quam, judicem non debere ius dicere de
injuriis, inde concludere? Ast hæc conclusio quadam tenus
immatura est.

§. 2. Necessarium ergo duxi ad præcavendam ejusmodi
præcipitantis judicii conclusionem quædam subjicere de of-
ficio boni judicis circa has actiones, quod ut recte fiat, re-
peto ex capite. I. aliter judicare judices, aliter Doctores Qua-
tenus hi judicent, id hac tenus plenius ostendimus. Ast Do-
ctorum

104 CAP. X. DE OFFICIO BONI JUDICIS

etorum *ἐπικείμενος* non sunt ipsæ leges, secundum quas judica-re debeat judex, nec fiunt præcise in gratiam judicis, sed præ-sertim in gratiam eorum, qui vel auctoritate sua defectus e-mendare, vel etiam, qui inde sibi consulere & suæ saluti pro-spicere possunt.

§. 3. Judicis officium in applicatione legum ad facta si-n-gularia imprimis consistit & sic examinat imprimis & fere tan-tum factum ipsi propositum, inquirens, an lex ipsi præscripta ad hunc casum applicari possit, quod ubi appareat, pronunciat secundum legem præscriptam. Deinde ex supra relatis fun-damentis, quare injuriarum actiones a legislatore permisæ sint, appareat, judicem qua talem tantum hic indulgere legis permissioni, non eo ipso approbare factum vindictam spiran-tis. Hinc non potest dici promovere injuriarum actiones, si haec tenus lege ipsi præscripta utatur & secundum hanc inter partes judicet. Et denique ob corruptum statum in RupUBL. saepè sufficii, si saltim obtineatur justitia externa, licet inter-na deficiat. Hinc justitiæ externæ fere tantum præpositus est judex: Homines enim pios reddere, ad ipsum qua talem no-spectat.

§. 4. Unde admittere nequeo illam objectionem, quan-do dicunt: Judicem agere contra propriam conscientiam, si poenam in legibus præscriptam actori adjudicet, cum ita vin-dictam alterius magis provocet & per sententiam ipsum in sua malitia confirmat. Nam adjudicat pœnam non proprio ar-bitrio, sed Principis præscripto: non proprio motu, sed in-stinctu actoris & ut homines a vindicta extrajudiciali avocet. Si enim nec Princeps legislator semper peccat, tales actiones indulgendo: nec judex peccabit in applicando.

§. 5. Illud tamen exinde flui, quod quovis modo ten-tare debeat, litigantes a limine judicii repellere & ad con-cordiam ducere. Optime inquit Mev. i. Dec. 224. n. 12. In a-ctioni-

CIRCA ACTIONES INJURIAR. INSTIT. 105

*Etionibus injuriarum, omni ope laborandum, ut sopianter, quia
pium humanum & Christianum injurias remittere.* Cum itaque
tam odiosæ imprudentes imo injustæ sint hæ actiones, merito
quantum in se est, id agit, ut non aliter ad pronunciandum
accedat quam coactus, non aliter processum admittat, quam
omni sperreconciliationis amissa, quæ tamen media partes re-
conciliandi raro proh dolor effectum sortiuntur. Hinc Mev.
2. Dec. 224. *De sōpienda odiosa atque acerba super injuriis lite
inter rancoris servorum atque inimicité initia judex partibus
concordiam suadens raro exauditur.*

§. 6. Cum tamen ex injuriis hisce & pruritu vindicandi
injurias sæpe tranquilitas publica lædi possit, & ita publice
expedire videatur discedi a controversia super injuriis quam
critisime, omnino judici incumbit providere, ut non tantum
svaderi & admoneri sed etiam sæpe parum proclives in con-
trarios sensus permoveri posint, ut non tam velint, quam
debeant a vindicanda injuria recedere. Tranquilitati enim
Reip. cetera omnia sunt subordinanda.

§. 7. Alias quidem nemo ad transigendum adigi potest
a judice, cum pax svadenda non imperanda; Sed ratio utili-
tatis publicæ, cui omnia negotia civium sunt subordinanda,
major est, quam privatorum jus prætensum. Huc refert Mev.
cit. loc. num. 5. & 6. Si cum aliquo scandalo publico actio su-
per injuriis moveatur, quod tamen judex ex officio tol-
lere debet, veluti inter ministros Ecclesiæ, qui tamen debe-
bant esse exemplum emineus, ad quod auditores se conformare
possent. Hinc non potest non ingens scandalum & damnum
ex horum injuriis & calumniis in ipsam ecclesiam redundare
Mev. 3. D. 217. ubi hoc eleganter deducit. Conf. Excell. Dn. Jo.
Sam. Stryk de reject. ab act. cap. 1. n. 40. Referunt huc etiam, si
inter personas alias publicas & insignes est contentio, unde
eorum munera pro Republ. Functiones atque dignitas in pe-
riculo versantur Mev. *cit dec. 224.*

O

§. 8. Ex-

§. 8. Exinde porro infert. *Mev. cit. l. inf.* in hoc processu non parum potestas esse judicibus, præfertim superioribus. Quoad inferiores concludo, quod eo casu, quando is, qui ob verbalem injuriam conyenitur declarat coram judice, prolatam quidem a se injuriam sed impetu quodam & calore iracundia potius quam animijudicio, cum de adversarii fama alias bene senserit & sentire velit, judex non facile indulgere debet ulterios actoris vindictæ. *Fab. in C. lib. 9. tit. 20. def. 10.* Nam immodica ultio & saevitia recte a judge coercetur: ex eo enim interesse astimari non debet, quod animo saevientis satisfactum non fuit, uti eleganter dicit Papin. *in l. si venditor 6. §. 1. de serv. export. conf. Martini Proc. S.x. tit. 1. § 2. n. 39. seqq.* ubi certa requisita supponit, ut hæc decisio locum habere possit.

§. 9. Major utique potestas judici superiori relæta videtur, qui non est legum minister sed arbiter: hinc ipsi liberior potestas ex officio injuriarum agentes a limine judicij repellendi, cum is speciali sanctione omnes actiones injuriarum tollere posit Dn. Stryk. *cit. disp. n. 57*

§. 10. Sed in judice subalterno quoad applicationem legum temperamentum ex prudentia deti debet, vid. disp. Ill. Dn. Stryk. *de Obed. jud. inf. c. 3.* hinc etiam imprimis in injuriis prudentia singularis in judge requiritur. Depingam hoc potius Meyi verbis quam meis. Hic autem *l. decis. 225. n. 4. ita: Adjustitiam judicis pertinet jus dicere cum prudentia; ut sciat religionem iudicationis sue temperare.* *l. si circumscripta. 7. C. solut. matr. moderamen processus judiciarii relatum est arbitrio & potestat judicis l. properandum.* *13. §. 1. C. de Judic.* ideo ut ex hac pro varietate circumstantiarum ipsi integrum varie statuere *l. infundo 35. ff. de R. V. ita etiam pro its processus dirigere ad finem, qui est non tantum, jus dicere, sed etiam lites dirimere.* Quare sic illud dicet ut etiam controversias dirimat. *l. 1. §. inde 10. ff. de Nov. oper. nunc.* Quare ubi tantum de *injurias*

CISCA ACTIONES INJURIAR. INSTIT.

107

juria jus dicitur, ut maneant inimicitie capitales & alternum odium, inde & solita talium incommoda, quis dicet injusse agere qui potius jus dicere tardat, quo & cum jure litis odio & finem affectatur. Hactenus Mevius.

§. 11. Exinde jam concludit in ipsa decisione cit. in injuriarum actionibus saepius rationi & juri convenire servorem actionum tarditate reprimere & animorum rancorem lente emollire, quamvis alias justitia protracta & retardata justam querelandi causam pariat. Is, inquit cit. l. n. 4. ad humaniora atque mitiora adgendi modis optimus est, ut lubet non audiri impie & iniqui contra officium Christiani hominum agentes.

§. 12. Illud ultimo annotare convenient, cum actio injuriarum sit odiosa in jure, judicis esse magis contra eam in dubio pronunciare, quam pro ea. Ex quo decisionem suam recipit quæstio valde controversa: si ægrotus per ministrum Ecclesiae publice deprecetur delicta a se in alios admissa, subiecta contestatione: Er bittet herzlich/ wo er jemand in dieser Gemeine erzürnet oder beleidiget/ daß er ihm solches vergeben wolle/ wie er auch ihnen alles mit einander von Herzen vergeben und vergessen haben wolle. An postea reconvalescens nihilominus salvam habeat actionem injuriarum.

§. 13. Qui vulgatis erroribus mordacitus inhærent, configunt rursus ad rancorem animi, quod ille tantum censemtur remissus per hanc depreciationem, non vero actio injuriarum. Verum hic non ulterius in illis præjudiciis profligandis occupatus ero, quin simpliciter actionem injuriarum tunc non amplius competere & judicem actorem a limine judicii repellere debere, cum' Illustr. Dr. Sryk. de Jure Senff. diff. 9. c. 4. §. v. existimo.

§. 14. Fundamenta hujus sententia licet ex hac tenus dictis peti possint, tamen non inutile erit, simul hic judicium

Dn. Stry-

O 2



108 CAP. X. DE OFFICIO BONI JUDICIS &c.

Dn. Strykii cit. l. n. 16. adjicere, quia illud ipsum principia ha-
ctenus per totam disputationem fusiis excussa confirmat.
Non aliud, inquit, Christianismi patiuntur præcepta, quam omnino
vindictam cordicitus sublatam esse in eo, qui morti vicinus tanta
ontestatione conscientiam suam exonerat. Non enim quadrabie
buc, sed impium potius dicendum videtur dictarium: Vergeben
have ich ihm wol/ aber nicht vergessen. Hoc enim indignum
Christiano assertum esse, nemo integra fronte negabit: Certe om-
nis remissio a Christiano facta seria esse debet: si seria, vindicta
omnis debet exultare: si vindicta exclusa, nec ullus actioni injuri-
arum intentanda supereris locus &c.

S. 15. Hisce tamen fundamentis non potuit adduci Dn. Schoepffer in *Synops. jur. priv. tit. de injur. n. 56.* ut insententi-
am Dn. Strykii transiret, quin probabilem existimat sen-
tentiam contrariam, hac ex ratione, quod in preicatione do-
minica quoque remittatur injuria, quaet tamen remissio in fo-
ro soli non attenditur. Verum quilibet facile videt, nullam
vim huic argumento inesse. Utique in recitatione dominicæ
preicationis remitti deberet injuria. Sed quod non remittat-
tur, inde est, quia pauci non serio & cordicitus, sed magis ex
consue tudine preicationem hanc recitant, nec vim & nervum
preicationis quintæ considerant. Inde supra dixi, tam in-
gentia mendacia ab eo, qui injuriarum agit, contra Deum com-
mitti, quod dicant se remisso, nec tamen remittant. Cum
ergo plerumque cesset seria devotio, quis inde concluderet
remissionem. Ast qui in agone mortis constitutus & publi-
cam deprecationem per ministrum ecclesiæ facit, illa certe
seria est, non consuetudinaria uti recitatio preicationis domini-
cæ apud plerosque: inde ergo remissio hæc in foro soli non
attenditur, quia non est remissio, sed mendacium, & quidem
infinitis modis reiteratum & continuatum.

CAP. XI.

De tollendis vel restringendis actionibus
injuriarum.

CONSPECTUS.

Officium boni legislatoris in condendis & abrogandis legibus quodnam. §. 1.

Opiniones Doctorum varie. §. 2. seqq.

An ex remissa injuria diffamatio talis, que ad inquisitionem sufficiens sit, oriri possit. §. 5. seq.

Qua ratione aliter hac diffamatio evitari possit. §. 7.

Qua ratione Princeps incommodis

ex sublata actione injuriarum emergentibus occurtere possit. §. 8.

Laudatur Constitutio Potentissimi Regis Borussorum in terris Magdeburgicis. §. 9.

Laudatur Constitutio Potentissimi Electoris Honoveran. circa opifices. §. 10.

Conclusio inde deducitur. §. 11.

§. I.

Boni Legislatoris officium in condendis abrogandisq; legibus semper subordinatum esse debet veræ utilitati reipubl. & sicuti mutatio legum absque gravi causa non facile est suscipienda; ita ubi causæ necesitas eandem efflagitat, minime recusanda.

§. 2. Circa modum tollendi actiones injuriarum multæ multorum sunt opiniones. Nonnulli hic plane incontrarias eunt partes, atque eas e Republ. exterminari non posse, quin potius conservationem horum remediorum simul conservationem reipubl. involvere autumant, ex rationibus supra in historia harum actionum allatis. Ad majora enim mala evitanda sapienter debere ajunt, quæ alias deposito hoc metu rectius eliminarentur. Nullum enim esse aptivus remedium cohibendi hominum mutuas concertationes, quam judiciali sententia & via juris eosdem ad pacem reducere. Fateretur huc possent argumenta illa, quibus usus est Wilhelmus

CAP. XI. DE TOLLENDIS VEL RESTRING.

Ribierius in apologia speciali pro permissione duellorum,
vid. Ejusd. *lettres & memoires d etat sous les regnes de Francois I
Henry I & Francois II. tom. 1.* Huc quoq; tendit *Morale Pratique
des jesuites vol. 3. p. 343.* quorum sententia tamen rejecta in
Concil. Trident. *Seff. 25. de reform. c. 19.*

§. 3. Alii rationibus in hac disputatione excusis du-
cti plane illam eliminendam esse putant, bonique Principiis
esse afferentes non tantum salutem externam & tranquillita-
tem promovere, sed & omnia illa e medio tollere & remo-
vere, quibus cives a vero studio pietatis abducuntur, cum ele-
gans harmonia esse debeat & possit inter statum Civilem &
Christianismum. Quin etiam absque hac consideratione sat
graves adesse causas censem eliminandi has actiones, cum tan-
topere prudentiae politicae repugnant. Et hoc tendent pia vo-
ta J Ctorum *Cap. I. in f. laudatorum.*

§. 4. Alii denique hic medianam eligunt viam & totalem
quidem destructionem harum actionum non svadent, sed re-
stringendas tamen eas esse arbitrantur, ut non promiscue pro-
cessus hi decernantur, sed saltim in certis casibus, ubi scilicet
præjudicium ingens injuriatum sequi potest non vindicantem
injurias.

§. 5. Posset pro sustinenda hac sententia provocari ad
Conf. Crim. Car. V. ubi art. 25. diffamatio seu fama publica in-
dicium ad inquisitionem præbere posse dicitur. Cum vero
per hujusmodi patientiam, qua gravi injuria affectus, facile
diffamationi obnoxius esse possit (quid enim facilius, quam e-
um cui grave crimen v.c. furti beneficii &c objectum, si patien-
ter hanc injuriam tulerit, ulteriori diffamationi secundum se-
culi mores exponi) & ita in inquisitionem adduci, contra pro-
priam salutem laboraret, qui hanc vindictam negligeret, ut
jam taceam alia incomoda, quæ inde oriri possunt.

§. 6. Quæ cum ita sint, simplex harum actionum injuri-
arum

ACTIONIBUS INJURIARUM.

III

arum sublatio subsistere non posse videtur, nisi simul alia ratione bonus Princeps ejusmodi incommodis medeatur, quæ ex omissa actione injuriarum resultare possent. Ubi quidem illud quod §. 5. notatum, non adeo magni puto esse momentum: nam simplex diffamatio neminem inquisitioni subjicit, sed plura alia quoque adesse debent, uti diserte in art. 25. cit. l. additur. conf. Ern. Cothman. V. i. Conf. 12. n. 167. seqq. ubi plura famæ requisita habet, quæ quidem talia sunt, ut Doctores fateantur vix occurrere processum, in quo fama publica legitime esset probata, vid. Zierizium ad art. cit. 25.

§. 7. Quid si vel maxime ex tali diffamatione damnunata & præjudicium ipso imminere posset, non inutile forsan tunc foret, alia ratione hanc diffamationem diluere, veluti per remedium ex L. diffamari. Evidem non diffiteor, remedium hoc ob convicta & injurias esse incongruum, si ad genuinam suam revocetur naturam, ceu pluribus rationibus docet Mev. i. Dec. 144. Sicuti tamen moribus hoc remedium ita extensum, ut etiam injuriarum causa agi posit ex illo, fatento ipso Mevio cit. l. n. 13. seqq. saltim hunc effectum habebit, ut diffamatio eo ipso diluatur & præjudicium inde emanas evitetur.

§. 8. Videamus ergo quaratione hisce incommodis Princeps occurtere posit. Refert hoc in compendio Excell. Dn. Bodin. de Abus. & sim. & moder. injur. §. 9. ubi insit; Ere reipub. " Christianæ foret si contra quosvis injuriantes & omnes, qui " de proximo male loquuntur, ex officio procederetur & injuriarum convicti & condemnari secundum dispositionem juris Civilis in tota Republ. pro infamibus & indignis ad quævis efficacia munera & honores haberentur L. i. l. 4. ff. de bis qui not. infam. l. i. §. f. de Obsq. par. & patr. præf. l. 18. C. ex quib. caus. inf. irrog. l. 7. de publ. judic. l. 40. & 42. de injur. Gail. l. obsq. 65. n. 7. seqq. & l. 2. obsq. 102. n. 1. seqq. simulque ex cœtu fideli- um & ab usu sacramentorum tanquam Pseudo Christiani ex- clude-



iiii CAP. XI. DE TOLL. VEL RESTR. ACT. INJUR.
cluderentur, donec vitæ emendatione lassorum reconcilia-“
tione ac submissa deprecatione famæ restitutionem obtinu-“
erint. &c “

§. 9. Hinc merito constitutio Potentiss. Regis Borussorum
& Electoris Brandenburgici in exempla producenda. Nam
Augustissimus hic Princeps in *Emend. Ordin. Proc. Magd.* c. 50.
§. 10. plane actionem estimatoriam sustulit, & inquisitionem
judici injunxit, ita quidem ut in levioribus injuriis, so unhe-
ßonnener Weise ausgestoßen/summarie procedere; in gravi-
oribus vero ad injuriati denunciationem inquisitionem su-
scipere & ita pro gravitate delicti poenam dictare debeat.

§. 10. Hoc quoque præsertim artificibus, inter quos inju-
ria illata pro infamia reputantur, serio esset lege publica in-
culcandum, ne injuriatum ob remissam injuriam contemne-
rent vel durius quid ipsum statuerent, ceu alias vulgo fieri
slevit. Ethoc ipsum salutariter in terris suis hactenus firma-
vit Potentissimus Elector Hannoveranus, in ordinatione qua-
dam abusus opificum tollendos concernente, quæ publicis
quoque typis expressa est.

§. 11. Hisce circumstantiis facile omnes processus in-
juriarum, abولي posse arbitror; præsertim si judex ex officio
diligenter inquirat, nec hic suam inertiam profiteatur, quo
ipso argumento §. 2. allata sua sponte corruent. Deus vero
regat corda nostra, & ea purget ab omni vindictæ studio, ne
sub falso iustitia prætextu Christiani nominis indigni redda-
mur, sed sub clypeo patientiæ & humilitatis, virtutum Chri-
stianis unice propriarum omnes injurias in nos retundentes
excipiamus, & ita ostendamus, in Christianum tanquam
unice sapientem non cadere injuriam.

F I N I S.

ERRATA : pag. 20, l. 24. leg. quin. p. 28. l. 28. leg. ipsis p. 31. l. 29. leg. hoc.
p. 37. l. 23. leg. loquar. p. 48. l. 22. pro non leg. nos. &c.



94 A 7365

VD 18


ULB Halle
002 185 687

3



5b,

VD 17



25

A

cessel

MO,
BRAN.

ANA

mer

gensf.

Typogr.

inches
 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
 Centimetres
 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

B.I.G.

IN JU
ACT
IN JU

Wngerechtigf

RECTORE
SERENISSIM

FRIDERI
CORONÆ BORUS
DENBU

IN ILLUSTRI
DI

JUSTO H
J.

IN
publico

GILLIS

Litteris, CHRISTOP

